
RELATIO ET NOUA DECISIO CAUSSAE. IN QUA CONTROUERTEBATUR, IN QUALI NAM PECUNIA ANTE...

Johann Wolfgang Hiller,
Heinrich Petreus, ...







RELATIO ET NOVA DECISIO CAUSSÆ



IN QVA CONTROVERTEBATVR, IN QVALI nam pecunia ante complures annos contractum debitum genericum hodiè solvi iterum debeat.

AUTORE

ARRIGONE FELSERO
Franco ICto.



Item

DVO RESPONSA CONTRARIA, IN quibus ostenditur, quomodo genericum, quod Kipperitia hodiè fortè currente pecunia contractum est, debitum deinceps, ubi melior & legalior successerit pecunia, solvi debeat.

AUTORIBUS


Inclytissima Facultate Iuridica Ingolstadiensi.

ET

HENRICO PETREO Iurisconsulto.

SPIRÆ

Excudebat Georgius Bawmeister/
Anno 1623.





Benevolo Lectori

S. P. D.



Typographus.



VBi distracta fuissent, benevole Lector, quæ nuper typis descripseram ad quæstiones in re monetaria quotidianas duorum Iurisconsultorum discursus & responsa, rogatus eadem prælo denuo subiicere constitueram. Verum dum opus aggredior, offertur mihi hæc Relatio & decisio, & simul significatur, non me nullam à bonis benique publici amantibus gratiam initurum, si & ipsam typis meis divulgarem. Quamvis enim autor aliquanto liberius in illud, quod Kipperos Wipperosque hodie vulgus vocat, bono publico

blico valde detrimentoſum genus hominum loquatur, & vehementius etiam inſectetur illa argumenta, quibus Kipperis illis patroni eorum pattocinari, ſaluberrimas verò leges & conſtitutiones monetarias oppugnare ſolent, tamen hoc me minime à publicatione deciſionis huius deterrere debere aiebant. Quanquam enim hoc ipſo forte offenſurus ſim Kipperorum tribum illum, tamen me bono publico gratificaturum, utpote cuius maximopere interſit, illa delicta, quæ maxima eidem ſolent afferre detrimenta, imo, quæ eam penitus evertunt, quam maxime eſſe nota & fulmina non modo convicia & tela in ea iacere bonos omnes. perſuaderi itaq; mihi paſſus ſum opuſculi huius divulgationem, idq; eo magis & lubentius, quo crudelius in dies adhuc premimur, flagellamur & miſerrimè conſumimur peſtilentiſſima illa pecunia Kipperitia & quotidiano grandiorum & integrarum adhuc ſpecierum incremento. Ieſus Chriſtus in his ſummis miſeriis noſtrum miſereatur, & magiſtratus pios ſuo ſancto Spiritu guber-

net

net & excitet, ut cyclopica hac confusione penitus tandem abolita subditos piis & salutaribus legibus gubernent, inque violatores earundem absque remissione & personarum respectu animadvertant. Eidem servatori nostro te, Lector benevole, Commendo & rogo, boni hanc operam meam consulere, quæque me absente ab operis meis in describenda hac decisione commissa sunt errata, in meliorem partem interpretari, & eo modo, quem in calce huius opusculi ostendi, corrigere ne graveris. Vale Spiræ Nemetum Kal. Maii, Anno 1623.



CRANTZIVS LIB 12.
VVandaliæ c. 33.

IMprobi mercatores (peculatores dicam) de numiſmate mercē fecerunt? devehentes, ubi in cōflatorio ipſi ſua lucra cum publico detrimēto facerent. Res procul dubio magni momen-

menti, ſi bene penſe-
tur. Nam ille ſolidus
nummus, quanto ante
annos centum fuerit,
quam nunc melior, in-
credibile eſt memora-
tu, ut intelligant, quid
amiſerint, qui annuos
cenſus, vel Principes in
tributis, vel privati ha-
berent in reditu: ſic
ſemper rebus compa-
ratis, ut cũ numiſma-

te & omnis mercatura & successus in quæstu singulorũ decrescerent, invisibiliter evanescentibus de manu, quæ ante tenebantur. Res proculdubio magna, de moneta cõstituere feliciter; & quæ iam tum Romanos rerum Dominos fatigavit.



D. MARTINVS LVTHERVS
Tom. 7. Ienensi fol. 389.

ES ist kürtzer Zeit dahin bracht / durch deine Kipperey Wucher vñ Geitz / das wer für etlichen Jaren sich mit hundert Gülden hat können ernehren / kan sich jetzt nit mit 200. Gülden nehren. Der Wucherer vñ Kipperer sitzt zu Leipzig / Augspurg / Franckfort / vnnd der gleichen Städten / vnnd handelt mit Geldsummen. Aber wir fühlen sie gleichwol hie auff vnserm Marckt vñ Küchen / dz wir weder Pfenning noch häller behalten. Wir Pfarrer vnd Prediger / vñ die von Zinsen lebẽ / kein gewerb haben / vnsern Pfenning nit staigern noch mehren können / fühlen wol / wie nahe vns die Wucherer vñ Kipperer sitzen / fressen mit vns auß vnser Küchen / Trincken auß vnserm Keller das meiste / schinden vnnd scha-

hen vns/ das vns Leib vnd Leben wehe thuet/ Bawren/ Bürger/ Adel können ihr Korn vñ arbeit staigern jhren pfenning Duplen oder Triplen/ vnnd den Wucher darmit desto leichter tragen/ aber die von der schnur (wie man sagt) zehren müssen/ die müssen herhalten/ vnd sich schinden vnd wurgen lassen.





D. Georg Zeaman in seiner sechsten Predigt von der Thewrung

DEr grosse schad den die Kipperschelmen thuen / gehet vber Kirchen vnd Schulen / welche durch das erbärmliche Müntzwesen ihres besten Einkommens beraubt werden. Ist es doch in manchẽ kleinen Stättlein in Sachsen dahin kommen / das man wegen der grossen Weinthewer gar keinen Wein hat schencken können / daher viel Krancke Leuth / ehe man den Wein auß grossen Weit abgelegen Stätten zur Hand gebracht / ohn das H. Abentmahl sterben müssen. Man sehe an die Allmosen / Stöck vnd Säcklein / darauß / durch die ehrlossen Kipper das Silber gezwackt / vnd Kupfer dargegen eingeschoben worden. Man sehe an manchen Ort

Ort die Kirchtächert Pfarr vnnd Schul-heusser an / wie erbärmlich sie da stehn. Ja man sehe manch armen Kirchen vñ Schul-diener an / wie jhnen der hunger zun augen herauß scheinet / weil sie sich mit dem alten Sold müssen beschlagen lassen / welcher jhnen den Gülden nach gereichet wird / da doch sechs oder acht Gülden der eingeschobenen liederlichen Müntz kaum eines einigen alten Güldens guter Müntz Werth sein / also das ietzo die Pfarrer vnd Prediger / wie auch die Schul: vnd andere diener kaum den sechsten oder Achten theil ihrer alten besoldung bekommen. Den da einer noch vor 2. 3. Jahren für einen alten Gülden vier Köpfstücke empfangen / muß er ietzo ein Kopstücke vber zwen Gülden / vnd also vier Köpstück vber acht Gülden annemen / vnnd alles / was er braucht / dem Gülden nach in vier / sechs / acht Gelt bezahlen. Also welcher Prediger oder Schulmeister zuvor an Gelt Zweihundert Gülden / das ist / Hundert sechs vnd sechzig Reichsthaler vnd 48. Kr. (den Thaler P. 18. Batzen an geschlagen) zur Jährlichen besoldung gehabt / der empfangt jetzo mehr nit als 20. Thaler. Was ist aber diß für ein grewlicher Abschlag? Ist dan nit

der

der schadt am hellen Tag/ vnd Handgriff=
lich? Noch wils manche Obrigkeit nicht
hören/ sehen vnd mercken/ viel weniger aber
jhren dienern des Mercklichen verlust ge=
bürende Erstattung vnd Ergötzlichkeit lei=
sten. Wenn ein Besoldeter diener/ bey ge=
sundem Leib/ allzeit nuhr in der sechsten oder
achten Wochen sein Ampt verrichten solte/
würde man mit jhm vbel zufrieden sein/
oder jhm den Sack gar geben: noch
wird jhm der Zeit mehr nit als
die sechste oder achte wo=
chen bezahlt.





Ad Lectorem



Væris in occaſum cur? tendant
ſingula quare
Mœnia celſa labent am-
plaque regna ruant?
Cauſa dolenda patet : terras Aſtræa reli-
quit,
Imperij leges, obruta iura ſilent:
Terra virûm ſegetem , ſtygias quos dicere
fas eſt
Harpyias, atro Dite ſerente tulit:
Ora fame pallent : aurum vox una peten-
tum:
Vnca manus, nummos falce rapace ſe-
cans;
Cura, labor, ſtudium, precium pervertere
nummi;
Fulva talenta viros, diminuiſſe iu-
vat

Et

Et ſcelus hoc impune ferunt: quo munere digni?
Dic Themis: his merito crux mala danda foret.
Hæc dum perpendit ſecum, clariſſimus authore,
Prodit, & è tenebris priſtina iura vocat,
Ergò age, ſi levibus contendit ſolvere nummis
Debitor, authoris conſilium ſequere,
En tibi monſtrabit telum, quo ſingula franges,
In fraudem legis, quæ mala peſtis agit.

Iohan Guilielm
Stam L.

In Zoilum

Zoile quid carpis? quid mordes dente maligno?
Talia te extincto, desine, scripta manent.

RELATIO ET DECISIO CAVSÆ M.M. ET CONSORTUM, ACTORVM CONTRA C.P. REVM.

PROCESSVS

De Processu causæ huius referre nihil possum, cum exhibitis mihi scriptis desit protocollum. Præteritis igitur, quæ ad processus solennitatem pertinent, merita causæ tantum referam, deinde dicam, quid de ijs putem esse juris.

FACTI SPECIES.

Sic itaque se habent causæ merita: M. M H. S. & H. V. V. proponunt; quod M. K. Anno 1609. centum anno 610. trecentos & Sexaginta, anno 617 ducentos, atque adeo in summa sexcentos sexaginta florenos antiqui Spirensis valoris (nimirum unumquemque florenum pro 15. baziis, & unumquemque bacium pro 14. pf. à Domino C.P accepit mutuò; jam hanc se summam præfato Creditori nuper voluisse iterum

rum solvere; verum illum solutionem eam accipere noluisse, sed novi valoris florenos (nimirum pro uno quoque floreno 15. bazios, & pro singulis bazijs 16. pfenningos) requisivisse. Cum autem nulli plus quàm ei debeatur, exigere liceat, & sane Reus eo ipso, quod pro debitis ipsi pfenningis 14 exigat pfenningos 16. plus quam ei debetur, petat, ideo orant Actores, ut decernatur, Dn. P. non licere pro debitis ipsi valoris Spirensis antiqui postulare valoris novi florenos, sed eum, oblata ipsi pecunia contentum esse teneri.

Reus fatetur quidem, quod Actores sibi nihil amplius quam 660. florenos dicti valoris Spirensis antiqui debeant. Verũ cum Actores ei summam hanc voluerint solvere in depravata illa legibusque imperii prohibita moderna minutiori vel in grossiori ea quidem atque integriori moneta, verum in intensissimo eiusdem hodierno valore, ideo hanc se solutionem meritò recusasse ait, & primo quidem fugiendarum litium causa hodierna pecunia minutiori, grassiorisve monetæ valore moderno contentum esse voluisse, si Actores ipsi pro valoris Spirensis antiqui florenis reddere voluissent florenos novi valoris. Cum autem conditionem illam ipsi repudiarint, ideo se non recusare quidem amplius velle veteris valoris florenos, verum quia tam leges quam Recessus Imperii statuunt, quod unus quisque quam debet pecuniam in tali moneta, quæ quoad materiam legalis & quos dixi recessibus conform

qui

quoad valorem vero contractus tempori consentaneus fuit, solvere debeat, ideo petit Reus, Actores condemnari, quod tam sortem quam cessas eius cessurasque deinceps pensiones, omnesque eorum causam damna & litis expensas præfato modo solvere teneantur.

Hinc apparet, quod Actores hoc tantum querantur, quasi scilicet Reus ab ipsis plus quam debeant exigat, & quod ideo compelli debeat, ne ipsis eiusmodi indebiti exactione diutius sit molestus, sed tantummodo, quod ipsi debetur, exigat & accipiat.

ACTIO.

Factum verò hoc propriam actionem non habet: Quanquam enim alioquin ei, à quo aliquid ultra debitum petitur, competit actio plus petitionis, hæc tamen tunc tantum habet locum, si creditor in judicio plus debito petierit, & per hoc debitorem damno aliquo affecerit. §. Tripli, *ibidemque Schneidvv. numer. 12* & §. Huic autem *vs. Sed hæc quidem inst. de Act. ibidemque Schneid. numer. 8 tot. tit. C. de plus petit.* Verum horum neutrum hic est. Reus enim tantum privatim & extra judicium plus quam sibi debetur exigisse dicitur, nec dati alicuius damni insimulatur, sed solum ab eo requiritur, ut ad accipiendam, quæ debetur, pecuniam compellatur. De hoc quam nulla quidem prodita est actio spe-

 ciaiis,

cialis. Quia tamen de negotio, quod propria quidem destituitur actione, & æquitati tamen est consentaneum, in factum indulgetur actio, ubi scilicet Actor simpliciter narrat factum, & Reum seu dum eius qualitatem condemnari petit. *Schned. ad tit. Inst. de Interd. n. 33.* ideo Actores hic quoque in factum actione rectè agere puto, quanquam compendiosiori sibi remedio, nimirũ solenni pecuniæ debitæ depositione consulere potuissent.

PROBATIO ACTIONIS.

Verum enimverò ad stabiliendam illam suam actionem opus est Actoribus, ut probent narrata sua, quæ cum in duobus hisce capitibus consistant, (primò. Actores non debere Reo amplius, quàm 660 florenis valoris Spirensis antiqui. Secundò, quod Reus pro his ab Actoribus exigat 660. florenos Spirensis valoris novi) ideo hæc duo quoq; Actores demonstrare necesse habent. Primum in caput quod attinet, de eo quidem satis jam manifesto constat ex desuper productis instrumẽtis & ipsiusmet Rei Confessione: Alterum verò caput probatum non est. Fatetur quidem Reus, quòd interum ante hac reliquerit Actoribus, an velint ipsi 660. illos valoris antiqui florenos reddere in legali Imperiique Constitutionibus conformi moneta, inque illo hanc valore, quem contractus ipsius tempore habuit, an verò pro 660. illis antiqui valoris florenis solvere velint Reo 660. Valoris novi florenos in tali minuta minutiori

tiori, qualis ea hodie cuditur, & Spiræ currit, vel in antiqua quidem & integra pecunia, verum in illo hanc valore, quem ea in præsentiarum ibidem obtinet. Tamen hinc supradictum secundum hujus negotii caput non probatur. Aliud enim est liberum alicui aliquid relinquere, aliud aliquid ab aliquo postulare vel exigere.

VOTUM.

Actio itaque hæc cum secundi sui requisiti probatione destituatur, non habet locum. Imò cum Reus jam ultro se ad debitos sibi antiqui Spirensis valoris florenos accipiendos offerat, nihil sanè est, quod vel Actores amplius agant, vel judex pronunciet. Vbi enim Reus ultro offert Actori, quod hic petit, nihil vel agere ille, vel judex pronunciare aliquid amplius potest: nisi utrique parti significare velit, quod acquiescat. Rei oblatione låst man es bey deß Beklagten beschehenen Erbieten verbleiben.

RELATIO FACTI A REO CONtra actores propositi.

Verum, quia Reus & ipsemet contra Actores nonnihil proponit, pronunciarique cupit, ideo & hoc quoque considerandum est & videndum, an & quatenus in jure id locum habeat, & quid de eo secundum istud pronunciari debeat. Nam quia Reus in Exceptione, ubi aliquid contra Actorem

affirmat, Actoris partes sustinet, ideo & eius eque est hac Actor sed ea vitanda affirmatio secundum l. 1. & 2. D. Except. & quæ ibid. Dd. tradunt, præcipue l. in exceptionibus [illegible] Probat.

Reus autem quemadmodum ex superius relatis apparet, affirmat, quod supra nominatis debitoribus 650 [illegible] Spirensis antiqui florenos mutuo dederit in moneta, quæ quoad materiam, legalis Imperiiq; constitutionibus, quoad valorem vero tempori contractus fuerit conformis. Petit ergo pronunciari, præfatos debitores summam illam [illegible] in tali pecunia, quæ quoad materiam, legalis Imperiiq; constitutionibus, quoad valorem vero contractus tempori sit conformis, reddere teneri.

ACTIO.

Hinc liquet, Creditorem agere ex contractu mutui, condictione scilicet certi. Quando enim quis compelli petit debitorem, ut mutuum eadē, qua datum est, reddat bonitate, tunc agitur certi condictione ex mutuo Inst. Quib. mod. re contrah. obl. in init. l. cum quid. 3. de reb. cred.

PROBATIO.

In hac autem actione duo hæc probare tenetur Actor. primò, quam prætendit mutui quantitatem,

tatem. Deinde allegatam ejus bonitatem, quibus probatis, Creditoris intentio probata esse dicitur, adeò, ut Reus ad eiusdem cuius res data olim fuit quantitatis & bonitatis restitutionem condemnari debeat, juxta d. initium just. quib. mod. re contrah. obl. & d. l. cum quid. 3. de reb. cred. & quæ ibidem communiter tradunt Dd. Cum itaq; Actor P. prætendat, quod sæpè jam memoratæ debitrici 660. florenos valoris Spirensis antiqui crediderit eosq; in tali pecunia, quæ, quoad materiam legalis Imperiiq; Constitutionibus conformis, quoad valorem verò tempori contractus fuerit consentanea, annumerarit, itaque primò probare tenetur numerum illum, deinde allegatam materiæ legalitatem, deniq; quod eius valor, in quo expensa illa fuit, tempori contractus consentaneus fuerit.

Iam primum requisitum, nimirum allegatum florenorum numerum, quod attinet, de eo satis constat non solũ ex productis eo nomine instrumentis originalibus, verum etiam ex debitorum propria eaq; judiciali confessione.

Alterum verò requisitum, nimirum prætensa materiæ bonitas, ea pro se habet præsumptionem juris, qua quamlibet rem legalem bonamq; fuisse credere jubemur, donec ostendatur contrarium per vulgata. Eadem ratione tertium quoq; patet requisitum, præsumitur enim quisq; nummos in eo valore expendisse in quo illi contractus tempore cucurrere. Creditoris ergò intentio satis est dilucidè probata.

Quamquam ergò hinc dicendum videtur, quod condemnari, compelliq; debitores debeant, ut Creditori supra dictos 660. florenos cessosq; cedendasq; deinceps ejus pensiones in tali pecuniâ, quæ, quoad materiam legalis & Imperii Recessibus, quæ ad valorem verò tempori contractus sit consentanea solvere teneatur, per d. init. & l. 3 de reb. pred. Tamen verius est, & juri magis consentaneum, quod mutuum hoc in tali moneta, qua non solum quoad materiam, verum etiam quoad valorem legibus Imperii sit consentanea, reddi debeat.

ANELISA.

Verum, quia nonnulla speciosa prodeunt argumenta, quæ sententiæ huic interitum minantur, ideò ea prius examinabimus, præcipuè cum ad elisionem propositæ probatæq; actionis, atq; adeò ad debitorum defensionem pertineant: Hæc enim ante omnia judicem plena inquisitione discutere oportet juxta *l. judices 9. C. de jud. & c. judicantem. 11. quæst. 11. c. 30.*

Et clarum quidem per se satis est, quod debitores creditori sexcentos illos & sexaginta florenos restituere tenentur; Nec illud dubium ullum habet, quod liberum sit dictis modo debitoribus florenos hos in grossiori vel minutiori pecunia solvere.

Nam si debitæ pecuniæ species non habet

soli-

solidum seu integrum corpus, sed ex aliorum nummorum speciebus colligenda est, uti sunt floreni, qui vocantur Rhenenses & Spirenses, & præterea a contrahentibus cautum non est, in quibus monetarum solidis corporibus debitum reddi debeat, tunc liberum est debitori, in utra pecuniæ specie (grossiori ea vel minutiori, & aurea vel argentea) debitum velit solvere, servato tamen temperamento, quod monetarium anno 1559. publicatum edictum §. Die letztgemeldte &c. sancit. Jam pecuniæ, quam supra nominati debitores creditori suo debent, species non habet solidum integrumq; corpus, sed ex aliis nũmorum speciebus colligenda est (debentur enim 660. floreni spirenses veteres, qui nullum vel in iure vel in Imperii Recessibus habent definitum integrum solidumq; corpus, veluti habent floreni & thaleri Imperiales, Reichsgülden vnd Thaler/ sed ex diversis nummorum speciebus colligendi sunt) & præterea à contrahentibus cautum non est, in quibus monetarum corporibus mutuum reddi debet. Ergò hinc sequitur, quod eiusmodi pecuniæ debitoribus liceat eam in quavis grossiori vel minutiori, aurea vel argentea pecunia solvere. d. §. Die letztgemeldte.

STATVS CONTRO-versiæ.

Verum quia postea accidit, vt nonnullarum

monetarum præsertim minutiorum materia depravaretur, non nullarũ verò præsertim grossiorum & adhuc integrorum numorũ valor cresceret, atq; ideò longè diversa pecunia tempore solutionis in commerciis curreret, ac contractus tempore in usu erat, ideò quæritur, an supra dictis debitoribus liceat, quos debent 660 florenos in talis materiæ & valoris pecunia solvere, an verò mutuum hoc in legali & iusta pecunia reddere teneantur?

RATIONES DVBITANDI.

Et sanè multa sunt argumẽta, quæ illud obstinate affirmant, hoc verò pertinaciter pernegant.

Primò enim iuris est manifesti, quod creditor omne mutuum, quod ea, qua datum est, bonitate redditur, accipere teneatur *l. 3. De reb. cred. & init. instit. Quib mod. re contr. obl.* Iam illa, quæ creditori nostro offertur, pecunia eiusdem est bonitatis, cuius data olim fuit pecunia. Ergo creditor eam accipere tenetur.

Minor ita probatur; Omnis pecunia, quæ eandem continet quantitatem, valorem, usum, cursum, seu potestatẽ (hoc est quæ debitam summã constituendi habet vim ac potestatem eandẽ) quã habuit illa olim pecunia, in qua mutuum datum fuit, illa eiusdẽ omninò est bonitatis, cuius data olim fuit pecunia. Wann ein jetziger batz eben so wohl an jetzo ein batzen oder 14. pf. als vor 20. Jahren geldten thuet/ so ist vnder den jetzigen vñ vorigen altẽ batzen kein vnderscheidt. Also wen

15.

15. jetziger batzen eben so wol / als die jenige batzen. so vor 20 Jharen im brauch gewesen / einen gülden machen / so ist vnder dem jetzigen newen vnd vorigen alten gülden kein vnderscheidt / dan (hoc vulgarissimum Volgi verbum est) Ein batz ist ein batz / vnd ein gulde ist ein gulde / Iam utraq; hæc, quæ creditori offertur, tam minutior quam grossior pecunia eandem omnino, quam data olim, continet quantitatem, hoc est, utraq; hæc pecunia eandem habet supradictam florenorum summam constituendi, vim ac potestatem, quam habuit illa, in qua datum olim fuit mutuum. Sequitur ergo, quod hæc, quæ creditori nostro offertur, tam minuta, quam grossa pecunia eiusdem omninò sit bonitatis, cuius illa olim fuit pecunia, in qua supradicti floreni mutuo dati fuere.

Et si ad majorē respondeas, & ita argumenteris, Lex, quæ generaliter loquitur, generaliter quoq; est accipienda. Iam d. lex 3. quæ pecuniam eadem, qua data illa olim fuit, bonitate solvere debitorem iubet; generaliter de omni pecuniæ bonitate loquitur: Ergo generaliter quoque de omni bonitate est accipienda: Et, per consequens, cum quælibet pecunia duas omninò possideat bonitates, unam materialem, (quam intrinsecam bonitatem seu ligam Latini, Germani den gehalt / schrot vnd Korn) alteram formalem seu quantitativam (quam Latini extrinsecam, Germani den wert /

8'

Gentz vnd Geb indigitant) Ideo lex illa, quæ pecuniam eadem bonitate restitui jubet qua datum olim fuit, non sanè de una, nimirum de extrinseca tantum, sed de utraque bonitate accipienda, & ideo dicendum est, quod supradicti debitores, quos debent nummos, non solũ in eo valore, sed etiam in ea materia, in qua eos olim acceperunt, reddere teneantur.

Ad huius Objectionis minorem tibi ita vicissim respondetur, licet per se verum sit, quod omnis pecunia illas, quas dixisti, habeat duas bonitates, tamen, cum pecunia non tam ex substantia seu materia quam ex quantitate usum dominiũque mortalibus præbeat, ideò quantitatem esse specificam pecuniæ formam, & eam ob rem sicut rei cuiusque potissima pars est id, quod dat ei suũ esse, ita quoque quantitatem seu extrinsecam pecuniæ bonitatem (cursum, usum, valorem, seu potestatem, der Werth / Gentz vnd Geb) esse pecuniæ bonitatem summam vel potissimam atque adeo hac materiali bonitati longè anteire, adeo, ut ea in pecunia solum attendatur, & (si de mutuæ monetæ forte bonitate incidit quæstio) supra allegati textus (qui mutuo acceptam rem fungibilem eadem, qua data fuit, restitui bonitate jubent) de bonitate tantũ extrinseca sint accipiendi, & dicendum, quod omnis pecunia, quæ eam habet bonitatem quantitativam seu extrinsecam, quam habuit mutuo olim data pecunia (hoc est, quę æquè habet den Werth / Gentz vnd Geb /

Geb/ adeoque illam, quæ debetur, pecuniam constituendi vim ac potestatem, quam habuit illa moneta in qua Creditori olim petita sum ma data fuit) sit eiusdem, cuius hæc fuit, bonitatis, & quod ideo creditor eam accipere teneatur, licet eandem quam data olim pecunia, non habeat materiam.

Et hoc affirmare aiunt textum *in L. 1. ibi, usum, dominiumq; non tam ex substantia prabet; quam ex quantitate. De contrah: em. & L. si is cui nummos 94. § sin autem 1. ibi, sive in pecunia non corpora cogitet, sed quantitatem. De solut.* Sed & idem Doctores juris profiteri in scholis constat ex Baldo *ad L. si duobus col. 1. C. comm. de leg. & Panorm. ad C. Quanto col fin. De jur. & Brun. in tractatu De argm. mon. part. 1. in quarta declarat. Et Andrea Isernia in explcat. tit. Quæ sint regalia Et Rever. Budel: in commentar. De mutat. monetar. lib. 2. c. 1. n. ult. sub finem Iohan. Nicol. Delph. in tractat. De iure pattorat. lib. 1. nu. 82. in versic. Hoc tamen intellige, si eandem speciem. Iohan. Fabri in auth. Hoc nisi C. De solut.*

Idem quoque in quæstionibus disputationibus & conclusionibus suis tradunt Carolus Molinæus *quæst. de mut. monet. quæst. 100. incipient. centesimo sciendum num. 783. Et in quæstion. de contract. quæst. num. 702. vers. octavo quia si pecunia in* dac. Covarr. *in tract. de numis. Concl. 4. ins.* Fran. Hotoman. *in quæst. illustrium libro quæst. 15.* Col. *versiculo, Ergo quantum ad qualitatem, ubi pro aureo* [illegible]*zato, hoc est, ex pinicato facto, aureum non obryzum, si modo eundem valorem publice habeat, solvi scribit.*

fcribit. Et Johan. Baptista Corradus *quæst. 285. lit. E.* qui allegat quoque Sylvestrum *in verbo Solutio* §. *2.* Sotum *in lib. 6. de Iust. & Iur. quæst. 1. artic. 2.* & Martinus Bonacinna Mediolanensis S.S. literarum & jurium Doctor *in tract. De contract. disput. 3. quæst. 3. punct. 3. numer. 22. & 24. & quæst. 13. proto. 1. num. 4.* Dominicus Cardinalis Tuschus *tom. 5. practic. Conclus. lit. M. conclus. 346. num. 2.* Et Bellichius *in practic. suarum conclus. part. 2. conclusione 35. num. 12. & 20. & conclus. 36. num. 13. & 20.* Atque eiusmodi quæstiones & disputationes post alios decidit etiam Matth. de Afflictis *decis. Neapolit. 90. & latius decisione 194.*

Atque hos consulendo plerosque sequi omnes testatur Fichard. *tom. 1. cons. 28. num. 5. §. Respondeo. Et tom. 2. cons. 47. num. 2. & 10.* Elbertus Leoninus *in materia monetaria 31. incipient. Difficilis & obscura est controversia. n. 4. versic. secundum quam consuetudinem indistincte admittitur. & n. seq. leb. 1.* Petrus Surdus *lib. 3. cons. 335.* & multi alii, qui disertè uno ore omnes docent, concludunt, decidunt & consulunt, quod scilicet extrinseca pecuniç bonitas seu valor intrinseca sua bonitate longè sit prçstantior, & quod ideo illius tantum sit ratio habenda, adeò, ut pecunia, quæ eundem obtinet valorem, quam illa, quæ data olim debitori vel ab hoc promissa fuit, obtinebat, æquè bona censeatur ac fuit illa, quæ data olim debitori vel ab eo promissa fuit, licet longe deterioris vel levioris sit materiæ.

Atq; hoc in judicando Cameram quoq; Imperialem observare haud obscure apparet ex iis,

uæ tradit Minſingerus *cent. 4. obſ. 1.* Cum enim ibi
fferat, quod debitor incrementum, quod datis ſi-
olim nummis durãte cõtractu acceſſit, ſolutio-
is tempore detrahere & tantum valorem, quem
ati nummi cõtractus tempore habuere, reddere
neatur, & quod Camera Imperialis hanc ſenten-
am, tanquam veriorem & iuri magis conſenta-
eam in judicando amplexi ſint, ſanè nihil aliud
erit, quam quod in diiudicanda hujusmodi quę-
one iudex ſupremus non debitæ pecuniæ mate-
m ſed ſolum valorem inveſtigare & attendere
beat adeo ut ſi nummi debitum valorẽ habeant,
n curetur, quod tam ponderoſam & bonam
teriam non contineant, quam data olim pro-
ſave pecunia habebat.

cq; hæc omnia cum ita ſint, & præterea ea, quæ
iè currit & Reo offertur, pecunia eundem
neat valorem, quem data olim debitrici con-
bat moneta, ideo neceſſario inde ſequitur,
d oblata illa creditori pecunia, licet non æ-
bonæ, ac data olim fuit pecunia, ſit materiæ,
n quia eundem habet valorem, nihil ominus
bona eſſe cenſeatur, & ideo creditor eam ac-
e teneatur.

ic argumento opponis quidem talem Syllo-
um: Obſcuriores leges per illuſtriores decla-
r. velleq; illæ idẽ dicuntur, quod hæ expreſ-
bis ſtatuunt: Iam vero ſupra allegatæ L. 1. De
emt. & vend. & L. 94. De ſolut. in hoc, quod
arii ex iis probare conantur, valdè ſunt
ob-

obſcuræ neq; enim expreſſe in iis ſancitur, quod in ſolutione debitæ pecuniæ tantummodo valor non vero materia attendi debeat; Contra in *L. 1. & tot. tit. C. De vet. numism. pot. Item tot. tit. C. De fals. monet* expressis verbis caveatur, quod in ſolutione cujuslibet debitæ pecuniæ non tantummodo valor ejus, ſed etiam materia & pondus, quod lege habere jubetur, conſiderari nemoq; cogi debeat aliam pecuniam accipere, quam quæ talem materiam, pondus & ſpeciem, quam in qualibet moneta leges requirunt, habet, ſequitur ergo, quod leges hæ Expreſſæ illas obſcuriores declarent. & quod obſcuriores illæ nihil aliud velint, quam quod hæ expreſſis verbis ſtatuunt. Porrò cum hinc pateat, falsum eſſe allegatos ab adverſariis textus velle, quod in ſolutione debitæ pecuniæ ſolus valor debitus & non materia conſiderari debeat; ideo falſas quoq; eſſe neceſſe eſt conſequẽtias quas inde ſupra allegati Doctores, Diſputatores, Decifores, Conſulti & Iudices deducũt. Cum corruente fundamento collabantur omnia ſuperſtructa.

Verum ſtatim tibi reſpondetur, Licet verum ſit, quod ſuperiores Imperatores unicuiq; pecuniæ non ſolum certum perpetuoq; in toto orbe Romano duraturum uniformem valorem, ſed & certam perennemq; *ſeu, ut Impp. in L. 3. C. De vet. numiſmat. poteſtate loquuntur*, uniformem & æternalem materiam pondus & ſpeciem ſtatuerint & ſevere juxta edixerint, quod nulla alia, quam quæ

modo

modo dicta requisita habuerit pecunia in commerciis debitorumq; solutionibus admitti dari vel accipi debeat, gravissima constituta pœna in illos, qui pecuniam illam vel in materia vel pondere vel Specie sua corrumperent. *L. Lege. 9. In initio & §. 1. & 2. & L. Qui non totam. 19. Ad L. Corn. de fals. & tot. tit. C. De fals. mon. L. ult. C. De vet. numism. potestate.* Tamen hæ leges in desvetudinem deinceps iterum abiere planeq; expiravêre, adeo, ut ij, penes quos jus cudendi monetas fuit, in ea fabricanda requisitam materiam, pondus, speciem & valorem non amplius observarint, sed singulis ferme annis, imo singulis diebus aliam atq; aliam & semper malis pejores deterioresq; cuderent. Vnde tandem maxima hæc inter Doctores controversia (quam autiquissimam & ante mille jam annos motam esse testantur Doctores quos allegat Dn. D. Ernest. Kothm. *vol. 1. respons. ... no 1. &* seqq) orta & vehementer disceptata ...: Cum enim supra dicta cuiq; pecuniæ à legi... imposita materia, pondus, species & valor ... amplius à fabris eorum observaretur, sed hæc ...inde & singulis ferme momentis pro uniuscujusq; ferme lubitu mutarentur in deterius, ideo ...rebatur, in quanam moneta debitor, qui ... aliquot annos debere cepit pecuniam generi... solvere debeat, & num eam in antiqua con...tus tempore currente vel in nova solutionis ...ore usitata moneta creditori reddere tenere... ...licet de quæstione hac Doctores varia sen-

 sere

ſere uti tradit idem *Kothm. d. reſp. 34. n. 3. 4. & ſeqq.* tamen in hoc conſenſere omnes uno ore, quod hæc controverſia minimè ſecundum ſupra allegatas leges & Imperatorum conſtitutiones monetarias dirimi ſtatuive debeat, quod debitor debitum in talis materiæ ponderis ſpeciei & valoris pecunia, qualem modo allegatæ leges olim requirebant, ſolvere teneatur, ſed quod hac in re vel illius, quo contractum fuit debitum, vel illius, quo ſolvi id iterum debet, temporis Conſvetudo ſeu uſus reſpici attendiq; debet, qualem ille tum temporis in Commercijs approbavit vel approbat uſum; & quod deinde ſecundum hunc pecunia ſolvi debeat, uti pluribus patet ex ijs, quæ tradit Gail. lib. 2. obſ. 73. & Mynſingero cent. 4. obſ. i. Et Erneſt. Kothm. d. conſ. per tot.

Sed ſi dicas, licet ſcilicet verum ſit, quod ſuperiorum Imperatorum de re monetaria latæ ſaluberrimæ leges plane olim obſolevere, idq; graviſſimæ vexatiſſimæq; illi Doctorum controverſiæ multisq; modò creditori modò debitori pro affectu ſcilicet vel inſipientia cuiusq; judicis illatis injurijs cauſam præbuerit, tamen notorium eſt, quod hæc deinceps controverſia ſaluberrimo illo An. 1559. publicato edicto cæterisq; hoc inſecutis Imperij Conſtitutionibus penitus deciſa, veteres leges monetariæ ex Orco, quo à Diaboli apparitoribus detruſæ erant, in lucem revocatæ, illuſtratæ, ſaluberrimisq; legibus iterum auctæ orna-

ornatioresq; redditæ sunt; in quibus cum seve-rissima iterum pœna cautum sit, quod nemo ullis alijs, quam quos ipsemet statuerat, nũmis negociari, vel debitum ullum solvere debeat, ideo dubium nullum hodie amplius est, in quali pecunia quodlibet debitũ solvi debeat, sed clari expeditiq; juris est, quod quilibet id, quod debet, atq; adeo supra dicti debitores, quos debent 660. florenos in tali omnino, quæ Constitutionibus istis sit conformis pecunia solvere creditori suo teneantur, §. *fin. De emendat. Cod. Iustin: & in supra allegato anno 1559. publicato edicto monetario.* Diese jetzgemeldte. & §. Hierauff.

Sed statim tibi respondetur, & est sane (proh dolor!) plus quam notorium, quod huic edicto idem quod superiorum Imperatorum paulo ante allegatis Constitutionibus usu venerit; Nemo, neq; Cæsar ipsemet, neq; cæteri Imperij Ordines Constitutiones has suas observant, quisq; pro suo arbitru cudit indies alias atq; alias novas & prioribus semper deteriores monetas, & secundum ... antiquis & ad huc integris numis pro suo ...sq; commodo statuit valorem & precium. Aut (Sicuti de sua ætate Lyricus olim, ita nunc hodiè de infelici hoc suo seculo) merito, quiritament,

Damnosa nos non imminuit dies!
Ætas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

. Recruduit itaq; vetus illa pestilentissima supra dicto modo quam saluberrime decisa controversia, & quæsitum iterum est, an pecunia, quæ ante aliquot annos mutuo data, vel ex alia causa promissa est, solutionis tempore in tali moneta, quæ supra allegatis Imperii Constitutionibus per omnia sit conformis, an vero in tali pecunia solvi debeat, qualis vel die contractus currebat, vel solutionis tempore in usu est. Et in hoc iterum conveniunt omnes, & patet non solum ex supra allegatis Gailio & Mynsigero, quod allegata Imperii edicta monetaria hodie non amplius observentur, & quod neq; Camera Imperialis secundum eas amplius iudicet, id quod etiam si opus esset innumeris prope præjudicijs probari posset.

Etenim in tanta rei monetariæ confusione (ubi scilicet nemo est, qui in pecunia cudenda divulgandaq; observat legem) impossibile esse aiunt, ut hujusmodi controversiæ secundum certas leges & eam quam illæ unicuiq; nummo præscribunt materiam, pondus & valorem, dirimi queant. Legibus quidem nummariis opus esse concedunt, ne scilicet cum nummis & precia rerum crescant in infinitum, sed omnium rerum, quantum in hoc ultimo seculo possit fieri, sit certus modus & finis. Verũ quia tale quid tempora hæc infelicissima & turbulenta vix videntur admittere, ideo novatores vocant, qui contra supra memoratam consvetudinem seu morem omnia ad tessam

as

æs & libram sive assis, quem ipsosmet nescire aiunt, uniformem computationem revocandam atq; exinde omnem quæstionem in monetæ mutatione decidendam esse censent. Certissimum quippe esse, etiamsi millies hæc revocentur ad computationem assis sive Marchæ Coloniensis, negociis nummarijs ita satis fieri non posse. Diversa quoq; ajunt esse, consulere de re, qualis esse debeat, & consulere de illa, cum jam inveterato usu increbuerit.

Satius itaq; esse ducunt, in talis materiæ ponderis & valoris pecunia olim contractum debitum solvi debere, qualis scilicet usu in unoquoq; loco recepta est. uti apparet ex supra allegatis Gailio & Minsingero. Etenim non Imperij solum lege, sed & usu (qui intra suos terminos tantum potest, quantum Princeps *L. omnes populi. ibidemq; D. De iust. & iur.*) valere ajunt numum. *L. Si eum meum. Ad L. Aquil. L. precia rerum Ad L. Falc.* Et ideo posse valorem monetæ non solum institui mutariq; à Principe lege Imperij, sed etiam à quolibet magistratu, item & populi cujusvis vel expresso vel tacito consensu, nihilq; in illa interesse, nisi quod primo casu mutatio universalis sit & omnes obligat, posterioribus casibus localis sit & extra magistratus vel populi monetam mutantis & in majori vel minori valore expendentis jurisdictionem se non extendat. *Ioan Garat Laudensis De monet. n.8* Iohan Aquila *De mst. monet. c.5. in principio patr. 1.* Carol. Molin

 q.92.



q. 92. n. 10. Sed neq; de caussa solicite inquirendum esse ajunt, puta an nummi, prout navigationes constiterunt, vel ut quisq; mercatus sit, vel ut aliquis prava lens manceps annonam flagellet, creverint decreverintve, uti Iacob. Cujac. eleganter scribit *in L. 59. circa prin. De V. O.* atq; ita mutatio ea malo initio & forte mercatorum avaritia cœperit ac provenerit, dummodo usu invaluerit Carol. Molin. *q. 100. n. 764. versic. Sed ad hanc objectionem.* Et hæc apud omnes iuris interpretes extra controversiam esse, si in utroq; loco contractus scilicet & solutionis, mutatio facta & recepta sit, atq; etiam in circumjacentibus locis moneta mutata secundum valorem mutatum expendatur. Olrad. *cons. 158. n. 3.* Nicol. Everhard. *cons. 78. n. 9.* Carol. Molin. *d. 100. n. 80. 2. & n. 812 versic. conclusio sic ampliata* & Boer. *decis. 327. n. 7.* allegatus à Francisco Grucifissi in allegationibus supra var. monet. in nona sua ratione dubitandi.

Sed si quæras & dicas cũ ergo usus (& non leges seu Imperij constitutiones) in pecunia sit attendendus, cujusnam itaq; temporis usus, cõtractus ne an solutionis, sit inspiciendus? hoc est, an debitum, quod ante complures annos contractũ est, in tali pecunia, qualis contractus tempore in usu fuit, an in tali, qualis solutionis tempore currit, solvi debeat? Tunc hoc tibi affirmant, illud negant, idq; primo ob supradictam rationem, quia scilicet affirmavimus, pecuniam novam, quæ habet

b:t eundem valorem, quem habuit pecunia antiqua, æquè bonam censeri, ac antiquam per textus & Doctores superius allegatos: item per ea, quæ tradit Laurentius C: lcanius *conf. 15. num 4.* ubi ob modo commemoratas rationes quasvis conventiones à contrahentibus forsitan interpositas secundum cursum & usum solutionis tempore receptum & probatum interpretandas esse ait. Et Andreas Alciat. *conf. 118. n. 7.* In dubio ait, solutio intelligitur promissa de moneta currenti tempore solutionis.

Deinde Doctores præclaros ex jure probare sunt, quando scilicet prius bona moneta expendebatur, & postea edicto Principis, vel (quod im esse supra demonstravimus) tacito vel expresso consensu alicuius populi alia deterior fuit producta usuque recepta pecunia, quod tunc debitor liberetur solvendo de ista nova, licet antiqua deteriori moneta. Joh. Fab. *in Auth. Hoc nisi. C. de solut.* & subtilissimè ac doctissimè ita concludit Modest. Paris. *de monet. quæst. 11. n. 29.* & quod comprobat ex Plinio lib. 33. & Budæo lib. in quorum casu ultra dimidium moneta ... ta deteriorataque & grossa extrinsecus ... a fuit. Et hoc etiam comprobat Glossa *in ... us ignorat. 32. quæstione 4.* Ubi per il... textum expressè arguit, si scilicet tem... contractus cudebatur fortior moneta, & ... a tempore solutionis de mandato Princi... datur vilior, debitor liberetur solvendo

 de ista

de ista viliori. Et est ratio, quia hæc nova moneta tanquam subrogata in locum antiquæ ejus sapit naturam. *L. Item veniunt § cum prediximus. De pet. hered. L. si eum §. si iniuriarum si quis caut. & §. fuerat Inst. t. De action.* Iam licet illa, quæ tempore supra memoratorum contractuum cudebatur expendebaturq;, pecunia melior fuit, quam quæ hodie currit, quia tamen ea heic introducta & loco antiquarum monetarum tacito universi populi Spirensis consensu usu recepta est, ideo debitores de ista deteriore pecunia solvendo supradictos 660. florenos liberantur.

Tertio imaginariæ monetæ nullam esse existentiam, multo minus certã aliquod solidũq; corpus tradit Francisc. de Crucifissi. *in suis nuper Augustæ Vindelicorum editis allegationibus super varitatione monetæ num. 10.* (ubi lector sibi in animum revocabit, quod imaginaria, seu, ut illam quidam vocant, phantastica vel generica pecunia significet illam pecuniam, quæ nullum solidum vel integrum habet corpus, & quæ ideò nonnisi ex aliis monetarum speciebus, existit, uti sunt apud nos floreni Rhenenses & Spirenses, Ratisbonæ coronæ) Hinc jam sequitur, quod pecuniæ quoque imaginariæ nulla sit bonitas intrinseca seu materia & quod ea quoque æstimari nequit, *argumento l. si servum mihi 4. §. 1. De act. empt.* ubi dicitur, non posse æstimari bonitatem rei quæ non existit. Jam quod debitores nostri creditori suo debent, est pecunia imaginaria, nimirum 660. floreni Spirenses

renses antiqui, itaque hinc sequitur, quod nulla eorum sit intrinseca aliqua bonitas seu materia, & quod ideo quoque hæc in solutione eorum considerari nequeat, sed quod solum ea spectanda sit moneta quæ imaginariæ illius pecuniæ summam constituendi vim habet & potestatem, & cum hanc nostra hæ, de quibus litigatur, tam grossiores quam minutiores habeant monetæ, seu ea sola; non vero materia est spectanda, & creditor cogendus est, ut eas accipiat.

Sed &, quartò, notum est imaginaria istiusmodi moneta mutuum contrahentes non respicere ad certa aliqua vel grossiorum vel minutiorum monetarum corpora, species seu individua. electione igitur debitoris manet, vel de minuori moneta tempore solutionis currente, vel de grossiori ad valorem tempore pariter solutionis currentem solvere, uti ex Gaspar. Ant. Thessaur. ct. de augm. monet docuit nuper supra allega. Franeisc. de Crucifissi, *in dictis allegation bus r. vatiat. mon. n 7.*

Quinto Doctores in illo casu, ubi pecunia, cum cõtractus olim celebratus fuit, evanuit, adeo, usquam amplius appareat, vel non nisi diffimo sumto in vestigari compararíq; queat, stant, quod tunc moneta pro moneta etiam enea pro aurea & pro argentea alia argentea n ære contaminata solvi rectè possit, modo em hæc sit precij seu valoris cuius antiqua fuit pecunia. Uti pluribus tradit Fich. *tom.*

 a i cons.

2. *conf. 47. n. 7. & 8.* Vbi licet ait hoc non esset juris, de consvetudine tamen communiter observari, ut scilicet alia pro alia etiam aliquantò contaminatior pecunia rectè solvatur. Et supra allegatus Fran. Crucifissi *in dictis allegationibus suis, in ultima sua decidendi ratione.* Vbi ait, hanc consuetudinem in toto mundo ita observari. Cum itaq; notorium sit, quod minutior, qualis contractus tēpore currebat, pecunia omnino evanuerit, & præterea grossioris pecuniæ valor ingentem in modũ creverit ita ut illa omnino non, hæc vero nõnisi difficillimè inveniri compararíq; amplius possit: Ideo hinc sequitur, quod creditor noster illius, in quā credidit olim sæpe jam memoratam florenorum summā, extinctæ pecuniæ loco teneatur accipere eam, quæ hodie jam heic currit monetam licet eius materia non æque ac antiquæ pecuniæ sit bona.

Et sexto hoc argumentũ eo fortius contra creditorē pungnaré ait modo allegatus Fich. si creditor nullũ damnũ sit passurus ex novis illis numis, tunc enim eos loco antiquorum accipere teneri; At quę creditori nostro offertur pecunia eidem damnum nullum afferre potest. Ergo eam accipere tenetur. Fichard. *tom. 1. d. cons. 28. n. 5. §. Postremo.*

Minor ita probatur: Ex illa pecunia, quę eandem continet usum seu utilitatē, quā credita olim continuit moneta, nullum creditor damnum pati potest. At illa, quæ creditori huic nostro offertur pecunia eandē quā credita olim, continet usũ atq; utilitatē, Ergo ex illa creditor dãnũ pati nõ potest.

Huius

Huius minori iterum satellites adsciscunt ex d. l. 1. de contrah. empt. Inde n. sic ratiocinantur. Pecunia, quæ eandem, quam data continet quantitatē, eandē quoq; continet utilitatē (quantitas enim pecuniç ait Paulus *in d. l. 1.* est, quç usum nobis præbet dominiūq;) Atqui creditori oblata pecunia eandem quam data continet quantitatem. Ergo eundemquoq; habet usum atque utilitatem.

Septimo, Nemo id petere potest, cuius contrarium in casu contrario non peteret. *l. pen. (de solut. Et l. si ea lege C. de usur.* Alioquin enim claudicaret contractus, quod minimè est concedendum. *Fich. d. cons. 28. n. 5.* & pluribus Ernestus Cothm. *vol. 1. resp. 34. n. 154.* ubi hanc rationem vehementer urgere dicit. Iam creditor eo ipso, quod eius, cujus credita olim fuit pecunia, materiæ & voloris monetas exigit, illud ipsum exigit, cuius contrarium in casu contrario non exigeret, (Nam petitionis huius contrarium est, si tempore contractuū horū currentiū monetarū materia deterior forte fuisset, hodie vero meliôr, vel si tunc grossior integriorq; pecunia, in eo, in quo hodiè illa est, cucurrisset expēsaq; fuisset valore, hodiè vero ad antiquā suā ęstimationē revocata fuisset: Iam creditor noster absq; dubio tā insipidus non esset, ut urgeret debitores suos, ut eius sibi hi materiæ & valoris pecuniam solverent, cujus illa, qua contractum olim hoc mutuum fuit, pecunia fuit; Sed non dubium est, neque stulte saperet creditor, si illum in eventum

peteret

pereret compelli debitores, ut sibi eius pecuniæ & valoris pecuniam solverent, cuius hodierna esset pecunia, hinc itaque sequitur, quod creditori nostro non liceat eius materiæ & valoris, cujus data olim fuit, pecuniam exigere, sed quod ea, qualis hodiè currit, moneta & valore contentus esse debeat, ne contractus contra supra allegatorum jurium prohibitionem claudicet.

Octavo, Quilibet tenetur accipere monetas secundum æstimationem taxatam à Principe *l. fin. & ibi. Bart. C. de vet. numism. potest. lib. 11 Bart. in l. qui falsam. numer. 4. De fals. & Bald. l. 3. num. 1. C. de fals. monet.* Jam thalerorum æstimatio, in qua tempore cœptæ huius litis grossiores monetæ currebant, ita taxata est non solum à Majestate Cæsaria verum etiam ab ipsomet Senatu Spirensi, quem jus istud habere supra demonstravimus. Ergo creditor noster secundum hanc taxam grossiores illas monetas accipere tenetur.

Et, nonò. hæc consequentia eò durius creditorem premit, quod manifestissimi æquissimiq; sit juris, quod is, qui magistratum potestatemve habet, eo jure, quod in alterum statuit, ipsemet quoque postulante id quandoque adversario uti debeat. Jam creditor potestatem habet in hac urbe (est enim Senatus membrum non postremum, sed à supremo proximum) & (ut in præcedenti ratione dictum est) in supra

nomi-

nominatos debitores & cæteros Spiræ negociantes mortales hoc jus statuit, quod grossiores, cum argenteas tum aureas monetas secundum modernam taxam accipere debeant) cum ergo hoc jus ipsemet debitores adversus creditorem postulent, ideo & ipsum eo uti, & grossiorem secundum taxam seu æstimationem ab ipsomet ijs statutam accipere oportet. Id enim summam habet æquitatem, estque absque creditoris indignatione justum. Quare enim ille aspernaretur illam, quam ipsemmet statuit pecuniæ taxam? *l. 1. quod quisq; juris.*

Decimo Doctores de monetæ aucto vel diminuto valore diserte tradunt, quando scilicet contingit, ut valor monetæ, quæ contractus tempore currebat, & cum qua ille celebratus olim fuit, vel crescat, vel decrescat, quod tunc uterque ille eventus solum debeat pertinere ad debitorem, & quod inde Creditor neque lucrum neque damnum sentire debeat, uti pluribus autoritatibus ostendunt Mynsing. *cent. 4. obs. 1. n. 1. & 3. ubi dicit, hanc Doctorum sententiam cæterorum contrarium sentientium Iuriconsultorum opinionibus veriorem juriq; & æquitati magis conformem, & ideò à supremi orbis Romani tribunalis Assessoribus in judicando non semel observatam esse.* Et ex constitutione Electoris Saxoniæ *28. part.* 2. apparet quod etiam regium istud tribunal hanc normam in judicando sequatur. Et supra citatus Franciscus de Crucifissi in allegato tractu, *pag.* (*mihi*) *13. 15. 16. 33.*

n. 33. 34. *& 35. (ubi tradit Gailium, qui lib. 2. obs. 73. num. 9. contrarium doceat, esse intelligendum secundum allegatum Mynsingerum) & pag.* 53. testatur secundum hanc opinionem in Senatu quoq; Parisiensi 1. Martij anno 1539. judicatum fuisse. Id quod plurium Doctorum autoritatibus probat etiam dn. D. Bartholomæus Volckmarus in suo nuper in nobili Spira impresso discursu, pag. mihi 8. Cum itaque hoc nostro casu evenerit, ut omnis illa moneta, quæ supra memoratorum contractuum tempore in usu fuit, & cum qua illi celebrati fuere, præcipuè verò species grossiores, ut sunt taleri Imperiales, post contractuum illorum tempora valde creverit, ideo hoc incrementum ad solum debitorem pertinet. Verbi gratia, supra memoratorum contractuum tempore talerus Imperialis valebat tantum *23.* baziis, itaque tunc dicti *660.* floreni faciebant *376.* taleros & 14. bazios. Interea taleri valor tantum accepit incrementum, ut solutionis hodie tempore unus valeat septem florenos, octoginta vero duo cum tribus florenis & septem baziis & 8. pfenningis faciant 660. florenos. Licet itaque creditor hos olim florenos contractus tempore dedisse debitrici suæ in 376. taleris, tamen, quia hæc talerorum summa durante contractu 1970. florenorum incrementum accepit, ideo debitor hoc detrahere & non plures, quam qui debitam summam constituunt, atque adeo tantum octuoginta duos thaleros

loco

loco 376. talerorum creditori reddere tenetur. Sic vice versa, si thalerus contractus tempore valuisset septem florenis, & ideo 82. taleri fecissent 660. florenos; durante vero contractu in tantum decrevisset iterum taleri valor, ut unus hodie non amplius, quam amplius 23. baziis valeret, 376. verò taleri 660. florenos constituerent, ideo pro 660. florenis illis, 376. thaleros solvere, atque adeo 261. taleros suplere teneretur debitrix.

Etenim, duodecimo, neque jus neque ulla æquitas permittit, ut bis quis lucrum capiat ex eadem pecunia, vel, ut duæ lucrativæ causæ in eandem rem & eundem hominem concurrant. *uti est hac de re textus in l. si sterilis §. cum per venditorem. De act. empt. & notatur per Dec. in c. cum venerabilis colum. 6. De except. & pluribus hoc autoritatibus communit. Ernest. Cothman. volumin. 1. resp. 34. numero 150.* Jam si creditor eius materiæ & valoris, cuius data olim fuit, pecuniam acciperet, duplex lucrum ex eadem pecunia, nimirum præter tot annorum usuras etiam valoris incrementum acciperet: Sequitur igitur, quod hoc exigere ipsum minimè oporteat, sed quod contentus esse debeat, si tot ipsi hodie currentes usuque recepti nummi reddantur, quotquot earum secundum hodiernum suum valorem 660. illos florenos exhibeant.

Decimo

Decimo tertio, & id ipsum injustum imò natura iniquum esset, si debitor plus quam debet solvere, atque ita creditorem suum cum suâ jactura locupletare cogeretur c. lopudletari de Reg. jur. in 6 & l. Nam hoc natura. eod. Jam si debitores nostri eius materiæ, ponderis & valoris, cuius data pecunia contractus tempore fuit, monetam solvere cogeretur, plus quam debet solvere & per consequens creditorem nostrum cum suo maximo damno ditare adigerentur. Etenim dictæ modo materiæ, ponderis & valoris antiqua pecunia secundum suum hodiernum valorem non 660. sed multo plures constituunt florenos. Verbi gratia notum est, talerum imperialem unum tunc, vbi supra memorati contractus celebrati fuere, non plus quam 23. bazios valuisse, Si itaque Debitores nostri sæpe jam dictos 660. florenos in taleris, & eos secundum eorum antiquum valorem solvere deberent, cogerentur 379. taleros numerare. Cum vero ille heic valeat bazijs 105. jnde sane sequeretur, quod is qui hodie loco 660. florenorum solveret heic 376. taleros imperiales non 660. sed 2630 florenos, & ideo longe plus quam deberet solveret cumq; maxima sua jactura creditorem fortunaret. Ergo in iustum, iniquum valdeq; grave esset, si debitor eius, cuius contractus tempore ex pensa pecunia fuit materiæ & valoris pecuniam cogeretur exsolvere. Et ideo minime hoc concedi sed creditor compelli potius debet, ut illa

moneta

moneta & valore, qui iam in civitate hac currit, usuq; recipitur, sit contentus, quippe (ut in terminis scribit & ex Auth. De fideiuss. allegat. Rhen. Budel. *de monet. & re monet. c. 5. 6. 8. & 22.*) ita providendum est creditori, ut debitor non gravetur, & Mynsingerus *cent. 4. obs. 1. n. 3.* sic solutionem esse faciendam ait, ne alteruter contrahentium aliquo casu plus minusve, quam datum acceptumve sit, reddat vel recipiat.

Sed &, decimo quarto manifesti juris est, quod omne id, quod & sortem & conventum interesse excurrit; in totum sit usurarium, & ideo, etiamsi in conventionem actionemq; deductum esset, tamen à judice attendi nō debeat, uti tradit. Henningus Göden *cons. 3. in f.* Joh. Fiehard. in term. *vol. 1. cons. 30 no. 4. verb. præterea. vol. 1.* Aym. Cravet *cons. 47. n. 7. versic. Quod sine dubio videtur procedere.* Iam illud incrementum, quod ijs monetis, quæ tempore supraallegatorum contractuum in usu fuere, interea accessit, non solum ipsam debitam sortem sed & promissum interesse longe excurrit. Ergo sequitur, quod hoc in totum sit usurarium, & quod ideo id Iudex, etiamsi in obligationem deductum esset, tamen minime attendere multò minus actori adjudicare debeat, secundum ea quæ tradit Cothm. *vol. 1. Resp. 34. n. 165.*

Decimo quinto, ei, qui de damno vitando certat, potius, quam qui de lucro captando agit, succurrendum est, *L. jure succursum. in fin. De jur. dot.*

C Al-

Albert. Brun. *De mon. n. 8.* Ioh. Fich. *cons. 30. n. 4. vol. 1.* jã ex ijs, quæ supra apud duodecimã & decimã tertiam dubitandi rationes dixi, satis liquidò apparat, quod creditor noster eo ipso, quod repetitum debitum in tali moneta, quæ, quoad materiam, Imperij Recessibus, quoad valorem vero tempori contractus sit consentanea, solvi sibi postulat, nimis immodicum captat lucrum, contra Debitores, dum valorem debitæ summæ in hodiè currente & valore suo moderno debitam summam exæquante moneta reddere volunt, iniquũ istud lucrũ avertere à se conantur, Quare sequitur, quod debitoribus hisce potius quam creditori succurrendum & pronunciandum sit, quod non teneatur creditori, quod repetit, debitum in alia, quam quæ hodie currit moneta & valore reddere, sed quod creditor modo usitata debitamque 660. florenorum summam valore suo moderno exæquante pecunia contentus esse debeat.

Et hæc sunt argumenta illa præcipua, quibus probare non nulli conantur, quasi scilicet debitori, quod generica olim pecunia contraxit mutuum in tali grossiori vel minutiori pecunia, eamque in tali valore, qualis solutionis tempore inque ejusdem loco usitatus est, solvere liceat, etiamsi ea illius, cum qua contractus celebratus olim fuit, pecuniæ bonitatem intrinsecam seu materiam minimè exæquet. Et speciosa quidem sunt illa quæ dixi argumenta, neq;

neq; omnia absq; pondere. Verum elevantur tamen simul ac in alteram lancem posueris rationes, quibus contrarium, & nimirum hoc asseritur, quod quilibet, atq; adeo supra memorati debitores, quod ante complures annos cōtraxerunt, debitum in tali pecunia solvere teneantur, quæ tam quoad materiam, quam quoad valorem legibus & constitutionibus sit conformis.

RATIONES DECIdendi.

Primo enim in jure nostro expressis verbis cavetur, quod nullum debitum in alia pecunia, quam quæ tam quoad materiam quam quoad valorem & formam legibus sit conformis, solvi debeat, *L. 1. & tot. tit. C. De vet. numism. potest.* ubi expresse sancitur, quod solidi veterum principum veneratione formati non aliter in commercijs tradi suscipiq; debeant quam si sint debiti pōderis & probæ Speciei. Atq; idem prorsus etiam Imperatores nostri, universiq; sancierunt Imperij Ordines in suis, quas Imperij Recessus vocare solemus, constitutionibus, uti imprimis apparet ex monetario illo Anno 1556. publicato edicto; nam cum ibi in præcedentibus paragraphis certas pecuniæ Species ordinasset Imperator, & suam cuique certam materiam & pondus assignasset, tandem in §. Dieſe

Festgesetzte sancit, quod solæ illæ, de quibus in præcedentibus disposuerat, monetarum species pro pecunia haberi & in commercijs, præcipue vero in debitorum solutionibus locum habere, tradi suscipiq; debeant. *Et* §. **Hierauff setzen vnnd ordnen** gravissimam pœnam minatur jis, qui aliam monetam cudunt commercijsq; hominum insinuant, quæ pœnæ in cæteris quoq; hoc edictum insecutis constitutionibus sæpissime repetuntur & subinde præfatum edictum, quo ac hac in societatis humana nullum salubrius excogitari potuisse fatentur quos dixi Imperij Ordines confirmant, atq; ampliant,

Atq; hinc Doctores, & ex ijs præcipuè Carolus Molinæus *in tractat. De usur. quæst. 100. n. 814.* tradunt, monetam publicam, hoc est, totius Imperij consensu ordinatam & introductam pecuniam, majori vel minori precio dare & accipere nemini licere, quã sit publica ejus indicatura seu æstimatio; Nec valere pactum in contrarium. Cum enim jura publica privatorum pactionibus mutari non possint, ideo nec valor monetæ: utpote qui publici sit juris. *L. 1. in fin. in itj ibi*, cujus publica ac perpetua æstimatio. *De contrah. emt.* privatorum pactionibus variari potest. *L. Ius publicum De pact. l. 3. ibi*, Uniforme precium *C. de vet. num pot. Albert. Brun. o l. mutat. 8. n. 6. versic. Quod dix.* Et in hoc argumento vim non exiguam ponere viros doctos testatur dn. Coth. *ind. respons. 34. n 192. vol. 1.*

Quo

Quo pertinet etiam, & summe notandum est, quod supra allegata jura & constitutiones Imperij illam pecuniam, quæ legibus ejusdem in omnibus, atq; adeo etiam in suo valore legitimo, est conformis, vocant veram, honestam, probam seu probæ speciei, justam, constantem, perpetuam, uniformem, æternalem & perpetuam, æquis ubique passibus commeantem monetam *L. 1. ibi,* debiti ponderis & Speciei probæ *& L. 3.* ibi, Omnium solidorum uniforme precium, *& ibi*, æternales vultus. *C. De vet. num. potest.* Recess. Trevir. Anno 1512. habitus. §. Nach dem auch in gehaltenem / ibi, eine bestendige redliche guldene Münz. & Recess. Augustæ Vindelicorum anno 1530. habitus §. dieweil nach Vielgehabter ibi. Bestendige warhaffte vnnd Gerechte Münz / & recessus Ratisbonæ Anno 1532. celebratus tit. Münz belangendt in fine initij. ibi, eine bestendige Wathaffte Münz. & Recess. Ratisbonæ Anno 1541. habitus. §. Vnd wiewol vff etzlichen. ibi, einer gleichmeßigen redlichen Münz. Contra vero illam pecuniam, quæ eorum, quæ allegatæ leges in ijs requirunt vel uno vel pluribus partibus destituitur, vocant improbam, falsam, contaminatam, adulterinam, ærosam, fallacē, fraudulentam, dolosam, publico bono, præcipue vero simplici improvidæq; plebeculæ maxime detrimētosam, atq; adeo illicitam, prohibitam, malam, injustam,

 pesti-

pestilentem, nulloq; modo tolerandam monetam. Monetarios vero ejus & publicatores seu divulgatores nominant falsarios, impostores, praedatores proximi, fures, peculatores, boni publici pestilentissimas pestes, adulteros & vel ultimis vel [illegible] subjiciendos mancipandosque [illegible] l. quicumque 8. & L. seq. ibi, qui argenteos nummos adulterinos flaverit [illegible] L. Qui falsam monetam. 19. de l. Corn. de falsis L. 1. ibi, adulteriam monetam. & L. 2. ibi, si quis nummos falsa fusione & ibi, Quicunq; solidorum adulter. C. De fals. mon. & d. L. 3. ibi, vel aeternalis vultus dum fraudibus studet, duxerit violare C. De vet. numism. pot. Ordinatio monetaria. Anno. 1559. publicata §. vnd nach dem die frembdte/ ibi, die Güte Silberne Müntz hie aus gefühtt vnd in ärgere verwandt. Item §. wie wol nuhr solche ibi, daß in viel andere Weg vnziemlicher gewin in der Müntzen gesucht/ Falsch vnd betrug darin getrieben wirdt/ also/ daß etliche die Güldene and Silberne Müntz beschneiden/ schwächern Et §. wie ordnen/ setzen vnnd wollen auch. ibi, vnd damit die andere höhere Müntz dardurch in Auffsteigen gebracht. Et recess. Spir. Anno. 1570. §. Damit aber solch betrigli des pfennig vnnd Hellermüntz Et Recess. Francof Anno. 1571 §. Damit aber dem ibi, der verbotenen vnnd verwürckten Müntzen & §. Diewell aber vil verbottene vngerechte Müntzen) & §. seqq. ibi, böse vnzulässige

läßige annd sonst vngerechte Sortten groß vnnd klein / als dreybäßner / dreykreutzer / die jch keinem zumüntzen gebühret / pfenning / heller vnnd andere mehr nnhn eine gute Zeit gemüntzt / nicht ohne grossen betrug vnnd vervortheilung des gemeinen mans. & § §. seqq. Et Recess. Ratisbon. Anno 1576. §. Nach dem dasselbe Müntz Edict. ibi zu abstellung aller vervortheilung vnd Wucherlichen gesuchs Et §. setzen also fürnemlich mit vngeburlichen Müntz steigern Et §. vñ nach dem in etzlichē Müntzē ibi. solch vngebührlich Müntzen / *& tibi*, so ohne daß vngerecht befunden. *Et tibi, in* gemeinem schaden vnd Landt verderben jhren eigenen nutz suchen / vnnd sich bößlich bereichen / auch offtgemeldt Keyß Müntz edict vnnd dessen verbesserung zu nicht machen wöllen: Et Recess. August. Anno 1682. habitus. §. dem nach gemeinen Ständen / ibi. Dagegen mit vngerechten Müntzen. & §. Nach dem auch allbereit. ibi. wie verächtlich mit den eigennützigen vngerechten Müntzen. & Recess. Imperial. Anno. 1603. §. Woruff wir alsdann. ibi, Inn vnnd außländische vngerechte vnnd vngültige Müntzen.

Hinc itaque indissolubile hoc argumentum oritur; Id quod in legibus Imperijque Recessibus scriptum invenitur, id in judicijs quoque omnibus obtinere recitarique debet, uti loquitur Imperator Iustinianus in §. *ult. de emendat.*

dat. Cod. Iust. Iam in supra citatis legibus & Recessibus scriptum invenitur, quòd omne debitum in tali pecunia, quæ dictis legibus in omnibus partibus suis sit conformis, solvi, cætera vero omnis pecunia pro illegitima & reproba haberi nec in cōmercijs debitorumq; Solutionibus admitti debeat. Ergo id in hujus quoq; Reipub. judicio obtinere & ideo pronunciari debet, quod sæpe jam memoratorum sexcentorum & sexaginta florenorum illorum solutio in nulla alia pecunia fieri debeat, quam quæ supra allegatis legibus sit in omnibus suis partibus conformis, & quod propterea ea quæ creditori offertur pecunia, cum dictis legibus non sit consentanea, pro illegitima & reproba pecunia haberi nec creditori obtrudi debeat.

Secundo verissimum est, quod omne mutuum ea, qua datum est, bonitate restitui debeat, uti jam supra sufficienter est probatum, Iam demōstravimus, quod creditori sæpe jam dictos 660. florenos mutuos debitrici suæ in tali bona pecunia dederit, quæ quoad materiam aliquoties jam citatis Imperij recessibus quoad valorem vero tempori contractus fuit consentanea Ergo hinc sequitur, etiāsi scilicet debitor creditori suo 660. florenos illos non omnino in tali pecunia, quæ in omnibus suis partibus supra allegatis recessibus esset conformis, solvere teneretur, quod tamen eam in tali omnino moneta creditori rependere deberet, quæ saltem quoad materiam sit legalis

quo-

quoad valorem vero contractus tempori respondeat.

Tertiò illo casu, ubi pecuniæ materia post contractum facta est debilior seu deterior, juris Interpretes expresse statuunt, quod creditor ejusmodi debilitatam pecuniam accipere non teneatur, sed si talis materiæ pecunia, qualis contractus tempore in usu erat, haberi adhuc potest, quod tunc debitor id, quod debet, in ista antiqua pecunia solvere debeat, sin vero antiqua pecunia amplius non reperiatur, vel non nisi difficillimo sumtu comparari queat, quod tunc solutio fieri debeat in usuali seu solutionis tempore currente moneta, respectu tamen habito ad materiam seu intrinsecam bonitatem quam moneta tempore initi contractus usitata continebat. Uti pluribus hoc textuum & Doctorum probat autoritatibus dn. Ernestus Kothm. *d. cons. 34. n. 32. seqq. usq; ad n. 45.* ubi, proinde, ait, hoc casu nummisma veteris monetæ a Guardiano sive monetarũ aliquo magistro æstimandum & bonitatis intrinsecæ ratio ineunda, atq; secundum id solutio facienda est. Atq; secundum hanc Doctorum sententiam Maiestatem Cæsariam judicare apparet non solum ex ddn. Gail. *lib. 2. obs. 73. n. 6.* & Minsingero *obs. 1. cent. 4.* Sed & ex multis illis, quæ dn. D. Hiller *in suo nuper in incluta Spira typis divulgato responso n. 48.* copiose. refert, Cameræ Imperialis præiudicijs. Et quia omnes provincias caput omnium tribunalium, hoc est, supremum

Cameræ Cæsariæ judicium eiusque observantiam sequi decet, ut ait Imperator *in f. tit. Inst. De Satisdat.* ideo is, quem supra allegavi Berlichius, quanquam, inquit *d. lib. 2. conclusione 35. numer. 36. & 37.* contraria sententia (quod scilicet sufficiat, ut creditori nudus valor debitæ ipsi pecuniæ in usuali temporeque contractus currente moneta reddatur nullo habito respectu ad utriusque & datæ olim & redditæ jam pecuniæ materiam bonitatemque intrinsecam) sit verior & juri magis consentanea, tamen ob supra allegatorum Doctorum Cameræque Imperialis aliorumque illustrissimorum tribunalium summam autoritatem ab eorum sententia & observantia non est discedum. Cum itaque nos in his ipsis terminis versemur, ubi scilicet minutioris illius, quam debitor creditori offert, pecuniæ materia post supra allegatos contractus valde est debilitata & depravata, ideo sequitur, quod creditor talem sibi oblatam pecuniam minutiorem novam recipere non sit obligatus, sed, si debitores debitum hoc in pecunia minutiori solvere omnino constituerunt, quod tunc vel talem pecuniam minutiorem, qualis tempore contractuum in usu fuit, vel, si ejusmodi pecunia vel omnino non, vel difficulter reperiri possit, tantum argenti, quantum tot minutiores monetæ quotquot earum contractus tempore sexcentos & sexaginta florenos Spirenses antiquos

habuere

habuere, conquirere & creditori refundere teneantur. Et quia supra demonstravimus, quod minutior tempore toties jam dictorum contractuū usitata moneta usualis tā quoad materiā quā quoad valorē legibus fuerit adhuc cōformis, debitores creditori tantum argenti refundere tenentur, quantum argenti tot minutiores monetæ quot earum 660. florenos Spirenses antiquos constituebant, lege habere jubentur.

Quartò, etiam id statuunt interpretes, si scilicet moneta antiqua adhuc extet, sed valor eius extrinsecus auctus vel dimminutus sit, quod tunc tam augmentum quam decrementum hoc extrinsecum ad creditorem pertinere debeat. Et ratio huius conclusionis est manifestissima & firmissima. Si enim augmentum illud pertinere deberet ad debitorem, eveniret, ut multo minus creditori redderet, quam accepit. Exempli gratia, talerus tempore contractus valebat 23. bazios & ideo 376. taleri & 14. bazii tum temporis constituebant 660. florenos Spirenses. Interea hic taleri valor in tantum crevit, ut dictus talerus non amplius 23. sed 105. bazios valeret & ideo 326 taleri constituerent 2 6 32. florenos, & ita 1 9 7 2. florenis superarent valorem antiquum, jam si debitori hoc incrementum detrahere & talerum creditori in aucto suo valore solvere liceret, multo minus ei solveret quam accecepit, accepit enim 376. taleros imperiales, jam si ei incrementum illorum detrahere licet,

ſolvet tantummodo 80. taleros tres florenos ſeptem bazios & octo pfenningos. Et licet hi creditori eundem, quem ſupra dicti 376. taleri contractus tempore continebant, valorem exhibeant, tamen, cum non eandem ſed longè pauciorem materiam contineant, ideo debitor qui defalcato tali incremento pecuniam reddit multo minus reddit quam accepit, quod cum juri æquitatiq; é diametro contrarium ſit, ideo ſupra allegati interpretes non immeritò ſtatuunt, quod incrementum hoc ad creditorem pertinere debeat. *Gail. d. obſ. 73. n. 9.* Jam nos in ijsdem terminis verſamur, ex ijs enim quæ contractus tempore currebant, monetis antiquis nonnullæ, præſertim taleri imperiales, adhuc quidem extant, ſed eorum valor poſt ſupra dictorum contractuũ tempora præfatum accepit incrementum, itaq; hoc incrementum ad creditorem pertinet.

Quintò, certi & expediti juris eſt, quod nullus creditor teneatur talem pecuniam accipere, ex qua damnum paſſurus eſt: L. Paulus 99. ibidemque communiter DD. De ſolut. At evidens eſt, quod illa, quæ creditori offertur, pecunia talis eſt: Etenim res ipſa probat, non exiguum creditori damnum inferri ex reddita ſibi ærofa cuprea & tali omnino pecunia, quæ ob ærofitatem ſuam atque illegalitatem non ubique ſed in paucioribus tantum locis valet; & qua in illis locis, ubi adhuc valet, creditor tantum mercari non poteſt, quantum illa, quam debitori mutuo olim dedit, pecu-

nia

nia assequi contractus tempore potuisset, vel etiamnum posset, si eam haberet; & quæ præterea etiam singulis prope momentis abrogationi devaluationique est obnoxa. Jam illa, quæ creditori offertur, pecunia plane est ærosa, stannea, cuprea & in summa talis, quæ in paucissimis tantum locis valet, &, qua ibi, ubi valet, ne dimidium quidem eius assequi potest, quod sua quam debitrici olim dedit pecunia creditor assequi posset, prætérea singulis quoque momentis partim devaluationi partim omnimodæ abrogationi est obnoxia, ergo ex hac pecunia creditori maximum inferretur damnum & ideo eam accipere non tenetur.

Sexto, neque divina neque humana jura concedunt, ut alicui officium suum sit damnosum alteri vero lucrosum. Nam Divus Apostolus Paulus (*in Epist. 2. ad Corinth. cap. 18.*) ita officia, quibus homines sibi invicem sunt obligati, limitat, ut ne scilicet hæc sint aliis remissio seu relaxatio, nobis autem tribulatio seu angustia, sed ut ex æquabilitate in præsenti tempore nostra copia seu abundantia aliorum succurrat inopiæ, & alterius copia nostræ sit supplementum inopiæ, ut fiat æquabilitas. Cum quo congruit JCts Paulus *in l. 8. De prætor. stip.* ubi Prætorem non concedere ait, ut alicui beneficium suum sit captiosum. *Et in l. 1. §. De eo opere. & §. idem aiunt 11. cum seqq. De aqua pl. arc.* neminem

minem cogi debere ait, ut alteri quis cum suo detrimento benefaciat. quippe *ut in l. 6. & 16. De jure dot. & l. non debet. 94. & l. seq. De R. I. & c. non debet. 21. & c. locupletari eod. in 6.*) bono æquo non convenit, ut quis cum damno alterius aliquid lucretur, aut lucrum sentiat per alterius damnum. Jam quod sæpè memoratæ debitrici creditor supradictos 660. florenos in legali & contractus tempori consentanei valoris pecunia mutuo dedit fuit beneficium, contra verò, si numi illi creditori vicissim solverentur in hodierni valoris grossiori vel nova illa minutiori pecunia, ipsi hoc quod modo dixi officium foret valde damnosum, debitrici verò lucrosum, Ergo neque divina neque humana jura debitoribus concedunt, ut creditori sæpe dictum debitum in tali, qualis hodie currit, vel minutiori pecunia solvant. Minor manifesta est; qui enim vel pauciores vel deterioris conditionis nummos creditori reddit, quam accepit, ille id, quod magis & melius accepit, lucratur, creditori vero detrahit. Jam si debitores creditori supradictos florenos 660. reddent in hodierni valoris pecunia grossiori, & pauciores & deterioris conditionis quam dati ipsi fuére reddet nummos. Supra enim probavimus 660. florenos illos datos fuisse debitrici in bona & quoad materiam legali quoad valorem verò contractus tempori consentanea tam grossiori quam minutiori pecunia. quare si in taleris Imperialibus

tum

tum forte temporis data illa summa fuit debitori, dati ipsi sunt 376. taleri. Item si debitoribus modo dictum florenorum numerum secundum hodiernã talerorũ æstimationẽ reddere licet, reddet tantum 82. taleros, unde manifestum est, debitorem de Creditoris expensis 269. taleris lucrari 294. Ecquid vero hoc non est lucrari cum damno creditoris? Et licet 82. taleri illi secundum vulgarem suum modernum valorem æque constituant supradictam 660. florenorum summam, tamen, quia nemo negare potest, ejusmodi, quales 82. hodie taleri constituunt, 660. florenos, eos longe esse deterioris naturæ & conditionis quam quos dati olim 376. taleri efficebant, ideo neq; hoc mihi quisquam iverit inficias, quod creditor per 660. illos florenos, quos ipsi hodiè 82. taleri præbent, æque lædatur debitor vero ditetur, ac si hic ipsi pro acceptis 660. florenis redderet tantum florenos 125. Quippe omnis, quæ redditur, pecunia, si non habet tantam & ne dimidiam quidèm illam in commercijs vim & efficaciam, quam data seu promissa olim habuit pecunia, illa longe est deterioris conditionis, quam data olim fuit pecunia, & ideo vergit creditori in maximam fraudẽ. Iam notorium est, quod, quæ creditori offertur e antiqua grossior quam nova illa minutior, pecunia prorsus non habeat eandem in commercijs vim & efficaciam, quam habuit, & etiamnum habet pecunia illa, in qua debitrici supra dicta summa data olim fuit. Ergo necesse est, quod

illa, quę creditori offertur, pecunia longe sit deterioris conditionis quam data olim fuit pecunia, & quod ideo, si eam creditor accipere cogeretur, is maximo afficeretur damno. Minor evidentissima est. Constat enim, quod pecunia valorem suum habeat ex materia, & quod ideo, quo preciosior ponderosiorq; est cuiusq; pecuniæ materia eo quoq; major existat ejus æstimatio & in commercijs autoritas atq; efficacia, cõtra, quo vilior leviorq; est cujusq; monetæ materia, eo vilior & levior quoq; eius est æstimatio, existimatio, autoritas atq; quorum adjuvandorum gratia inventa est in commercijs efficacia dn. Cothmann. *d. vol. 1. cons. 34. n. 70.* Iam evidentissimum est, illos, qui hodie ita volgò vocantur & in commercijs currunt, florenos longe vilioris levioris que materiæ esse, quam fuere tempore supra memoratorum contractuũ adhuc usitati floreni: Etenim, uti sæpe jam dixi, ea tempestate sexcenti & sexaginta floreni Spirenses antiqui tantum possidebant argenti quantum habebant trecenti & septuaginta sex taleri Imperiales: Qui vero hodie vulgo dicuntur floreni eorũ 660. vix habent tantũ argenti, quantũ possidẽt 82. taleri, & ideo ne dimidium quidẽ ejus bonitatis intrinsecę quam tempore contractus currentes habebant floreni: Sequitur ergo, quod, qui hodie non absq; singulari calumnia sic dicuntur & creditori offeruntur floreni, longe sint in commercijs vilioris leviorisq; æstimationis, existimationis, autoritatis

atq;

atq; efficaciæ, quam fuere illi qui supra dictorum contractuum tempore currebant, & quod ideo creditor qui illos loco horum accipere cogeretur, maximo damno debitor vero pinguissimo lucro afficeretur. Notiori & evidentiori exemplo res erit manifestior; confer autoritatem & efficaciam unius ex illis qui ante 12 annos currebant Sexbetzneris cum uno ex illis qui hodie heic vagantur. Nonne deprehendes, quod ille dimidio plus quam hic apud Institores quosvis efficere & ab ijs consequi potuit; quæ vero est hujus rei alia causa quam degeneratio & illegalitas materiæ? Si itaq; ante annos duodecim mutuavi tibi unum Sexbetznerum, & tu mihi pro eo reponeres unum ex ijs numis qui hodie idem nomen gerunt, nonne me ultra dimidium defraudares? quicquid enim in nummo est, id est ejus in cõmercijs efficacia. At hodierni Sexbetzneri ne dimidiam quidem ejus efficaciæ habent quam habuere illi, qui ante duodecim annos ad huc luce fruebantur. Ergo qui illum debet & pro eo hunc dat, ne dimidium quidem ejus dat quod debet. Atq; eadem omnino est ratio cæterorum omnium novorum numismatum & quæ inde colligitur generica pecuniæ ratio.

Atq; huc forte pertinet, quod sapiens *proverbiorum c. 20.* ait, Pondus & Pondus mensuram & mensuram utrunq; esse abominabile apud Deum, jam si mutuo quis accepit vel ex alio contractu alicui debet debiti ponderis & materiæ seu speciei

probæ pecuniam, pro ea vero creditori pendet vilissimæ materiæ levissimique ponderis pecuniam, quid id aliud est, quam pondus & pondus, mensura & mensura? quid est id inquam aliud, quam abominatio apud Deum. Sapientes pecuniam eleganter mensuram vocant, τῦτο γὰρ, inquit Arist. de pecunia *lib.5.Ethic.c.5.& 4. Ethic. 1.* πάντα ποιεῖ σύμμετρα μετρεῖ γὰρ πάντα, hoc est, moneta omnia æqualia facit, quia omnia metitur: Unde & Icts *in l. si ita 42. De fideiuss.* pecunia inquit æstimat res omnes quæ mercium numero habentur. Et Schurpf. *cent. 2. cons. 3. n. 8.* pecunia inquit inventa est, ut sit mensura rerum. Et Matthæus Colerus *De process. execut. parte 3. c. 9. n. 22.* nummus inquit illo fine est percussus, ut per eos res ad sustentationem vitæ necessariæ omnes æstimentur & quasi mensurentur. Iam supra demonstravi, quod pecunia, quo melioris est materiæ, eo capacioris quoq; sit mensuræ, & vice versa, quo materiæ pecunia est vilioris despectiorisq;, eò quoq; eam esse angustioris mensuræ. Iam itaq; si pro melioris ponderosiorisq; materiæ debita pecunia rependitur vilioris & levioris materiæ moneta nonne hoc est mensura & mensura, & consequenter abominabile apud Deum? Quod velim probe perpendant ij, qui ante sex, octo, decem & complures annos officialibus suis constituere & promisere salariorum suorum loco tot vel tot florenos, eos vero ipsis hodie solvunt in calumniosis illis hodiernis

tali

tali nomine indignis florenis. Quid enim hi aliud faciunt, quā quod pro promissa probæ iustæq; lōgitudinis mensura exhibent curtissimæ longitudinis mensurā, atq; adeo eos laboris sui precio iniquissime defraudant contra severissimum Dei ꝑter max. præceptū, qui *Deuteron. c. 24. versu 14.* nō negabis, inquit, mercedem pauperis & indigentis fratris tui sive advenæ, qui tecum moratur in terra & intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei precium loboris sui ante solis occasum, ne clamet contra te, & imputetur tibi in peccatum. Ecquid vero is non denegat operario suo mercedem suam, qui ipsi pro promisso argento solvit scoriam. Ecquid non ærumnosso illos operarios, quoties assiduam suam operam & laborem tali sibi cōpensari imo ludi risuiq; haberi vident mercede, non graviter sępè ingemiscere & contra non te si non voce ex profūdo tamē cordis sui toties erūpentibus gemitibus clamare putas? Et cū ille, ille inquam, qui templa celi summa concutit sonitu, ille, qui ipsa est veritas, & qui nūquam aliquid dixit, quod non etiam fecerit, tibi affirmaverit, quod talem clamorem talesq; gemitus tibi velit imputare in peccatū, ecquid tibi nō persuasū habes, quod hoc sit facturus? Et deniq;, quamnam putas habere vim & efficacitatem, si omnipotentia divina alicui tale quid imputat in peccatum? Ad eos, qui falsa mensura decipiunt proximū, per Prophetam Michæam *c. 6.* Audite inquit, Tribus, & quis approbabit illud? Adhuc ignis

in domō impij, thesauri iniquitatis, & mensura iræ plena. Nunquid iustificabo stateram impiam, & saccelli pondera dolosa. in quibus divites ejus repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.

Et ego ergo cæpi perecutere te perditione super peccatis tuis; tu comedes, & non satiaberis, & humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & non salvabis: & quos salvaveris, in gladium dabo. Tu seminabis, & non metes: tu calcabis olivam, & non ungeris oleo: & mustum, & non bibes vinum.

At hic, inquis, textus loquitur de mensura, statera & pondere. Quid vero hæc ad pecuniam? Respondeo, is qui loquitur de genere, loquitur quoque de omnibus generis ejus Speciebus: Iam modo allegatus textus loquitur de genere nimirum de omnibus mensuris Ergo loquitur quoq; de omnibus mensurarum Speciebus: Et, quia supra demonstravimus, quod pecunia quoq; sit species mensuræ & ponderis. & quod ideo quoq; sæpissimè tam in sacris quam litteris prophanis vocetur mensura & pondus, (uti id præter supra allegatas autoritates testatur Levit. c. ult. v. 55. ubi omnem æstimationem siclo sanctuarij ponderari debere ait; ubi inquam siclus pondus vocatur, quod rerum omnium æstimationem ponderat, & Exod. c. 30. vers.

verſ. 13. dabit, inquit Deus unuſquisq; dimidum ſicli juxta menſuram templi. Ubi ſiclus & ejus æſtimatio, quæ erat 20. obolorum, menſura dicitur. Et Num. c. 3. verſic. 47, accipies, inquit, ſiclos per ſingula capita ad menſuram ſanctuarij. Et paulo poſt, Tulit, ait, Moyſes 1365. ſiclorum juxta pondus ſanctuarij, ubi ſiclus ejusq; valor pondus dicitur. Et aliquanto apertius Ezechielis c. 41. verſ. 10. Cum enim ibi quam ſeveriſſime regibus edixiſſet Rex regum ut ſcilicet in id ſedulo & omni ſtudio incumberent, ut in omnibus judicijs coleretur iuſtitia, & in primis in commercijs obſervaretur juſta menſura, ſtatera & pondus juſtũ, ſtatim aliquot menſurarũ ſpecies, & in his etiam pecuniam enumerat, &, uti cæteris menſurarum ponderumq; ſpeciebus ita & pecuniæ ſuam attribuit certam quantitatem & pondus) Hinc itaq; ſequitur, quod ſupra ex Michæa allegatus textus loquatur etiam de pecunia, & ideo hoc dicat, quod pecunia falſa ſit pecunia iræ plena, impia & doloſa, & quod ideo non ſolum autores ejus, ſed qui eam proximo loco debitæ iuſti ponderis & materiæ pecuniæ fraudulenter inſinuant, repleti ſint iniquitate, & habitantes in ea loquantur mendacium & lingua eorum ſit fraudulenta in ore eorum. Et quod ideo illos DEUS opt. ter. max. percutiet perditione ſuper peccatis ſuis; Etenim 1. comedent, & non ſatiabuntur. 2. Humiliatio eorum erit in medio ipſorum: 3. apprehendent & non ſalva-

 bunt.

bunt, 4. quos salvabunt in glandium dabit DEVS. 5. Seminabunt & non metent, calcabunt olivam, & non ungebuntur oleo, mustum & non bibent vinum.

Hæcq; ob rei indignitatē aliquantò severius Deus repetit per Prophetā Amos, per quē c. 8. versic. 4. Audite, inquit, hoc, qui conteritis pauperē & deficere facitis egenos terræ dicentes, quando transibit messis & venundabimus, & Sabbathū, & aperiemus frumentū, ut imminuamus mensuram & *augeamus siclum*, & supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus. Iuravit Dominus in superbia; Iacob, si oblitus fuero usq; ad finem, nunquid super isto nō commovebitur terra, & lugebit omnis habitator ejus, & ascendet quasi fluvius universus, & eijcietur & defluet quasi rivus Ægypti. Hic, quod de imminutione mensuræ & suppositis stateris dolosis dicitur, rectè etiam ob supradictas rationes interpretaberis de imminuta pecunia, nec nō de ijs, qui talem creditori suo pecuniam imminutā supponunt loco debitæ justi ponderis & materiæ pecuniæ. Sed & benè observandum, quod textus expressis verbis indicat, quod illos, qui augent siclum, DEVS opt. ter max. eodem loco habeat, quo habet illos, qui imminuunt mensuras & supponunt stateras dolosas. Iam eorum qui Siclum seu monetam quamlibet augere dicuntur, non una est classis: Neq; in postrema sunt, qui

qui debitam justi & legalis valoris pecuniam solvunt proximo in longe majori taliq; æstimatione, quæ neque materiæ neque ponderi monetæ atque adeo ne legibus quidem est consentanea. Sequitur ergo hinc, quod optimus ter maximus hos eodem loco habeat, quò habet eos, qui imminuunt mensuras & supponunt stateras dolosas. Et per conseauens, cum non solum supradicti, sedet multi alij, atq; in jis etiam non infimi ordinis debitores creditoribus hodiè suis debitam legalis materiæ ponderis & valoris pecuniam in tali valore obtrudere conantur, qui neq; materiæ neq; ponderi atq; adeo ne legibus quidem est conformis, quòd hi conentur augere siclum, imminuere mensuras & supponere stateras dolosas, quod ut alicui ex suis magistratus concedat, vel ipsemet tale quid designet, eidem autor ego nunquam fuero.

Deniq; juris est expediti, & ipsamet ratio humana hoc dictitat, quod eum cuiusq; rei commoda sequi debeant, quem etiam sequuntur incommoda, *L. Actione. 65. inf. Pro soc. & Instit. De legit patron. tut. inf.* Iam si mutatio contingit in pecuniæ bonitate extrinseca seu valore, ejus mutationis incommodum sequitur credtorem, ita, ut creditor, si valor datorum olim nummorum forte diminuatur, id incommodum solus ferre & ideo, si tot ei ejusdem materię ponderis & formę nummos, quot contractus tẽpore debitori dedit, redditi fuerint, ijs contentus esse debeat, licet solutionis tẽpore tantũ non valeant, quantũ contra-

ctus tempore valebant. Exempli gratia, Hodiè quis mutuo do centum florenos in currentibus nummis Sexbetzneris, elapso vero deinde post initum contractum anno valor eorum Sexbetznerorum ultra dimidium decrevit; Iam si post elapsum hunc annum ex Sexbetzneris illis, qui superiori anno in usu fuere, & cum quibus contractus celebratus fuit, tot mihi redduntur, quot contractus tempore centum florenos constituebant, ijs contentus esse jubeor, licet solutionis tempore ne dimidium quidem, quem anno superiori habebant, valorem assequantur. Sequitur igitur hinc, quod commodum mutationis, quæ pecuniæ extrinsecè contingit, ad ceeditorem pertineat. & per consequens, si valor ille, qui post supra nominatos contractus illi, qui tum temporis currebat, pecunia adhuc accessit, pro commodo habendus sit, quod hoc ad creditorem pertineat, & quod ideò debitores nostri, si debitos 660. florenos in tali, qualis supra dictorum contractuum tempore extabat &currebat, pecunia vel grossiori vel minutiori solverit, cõmodũ illud à tali pecunia minimè decurtare, & creditori pauciores nũmos, quã accipit obtrudere possit: Sed quod tot omnino ex antiquis illis cõtractus tẽpore usitatis vel grossioribus vel minutioribus aureis argenteis nummis solvere teneatur, quot eorum tum temporis 660. florenos constituebant.

Neq; his obstant supra commemoratæ dubitandi rationes. Primi enim argumenti minor est fal-

falſiſſima. Et præterea toto cælo errant, qui ſibi perſuadent, quod omnis pecunia, quæ ſolū illum cōtinet valorem, quē data ſeu promiſſa olim continebat pecunia, ſimul quoq; eandem creditori repræſentet bonitatem, quam promiſſa olim continebat pecunia. Etenim, cum pecunia, uti ſupra jam dixi, duas habeat bonitates, materiam ſcilicet & valorem, ideo ſequitur, quod omnis pecunia, quæ eandem, quam data ſeu promiſſa olim pecunia continebat, creditori repræſentare tenetur bonitatem, non ſolum valorem ſed & materiam datę ſeu promiſſę pecuniæ repræſentare teneatur, adeo, ut pecunia, quæ una ex duabus hiſce bonitatibus deſtituitur, eandem bonitatem habere non dicatur; & per conſequens cum ea, quæ ſupra nominato creditori noſtro offertur, pecunia ea deſtituatur bonitate intrinſeca, quam habuit data olim ſupra nominatæ debitrici pecunia, quod ideo dici non poſſit, quod eandem hæc habeat bonitatem, quam illa habuit, quæ debitrici data olim fuit

Neq; obſtat, quod in allegata L. 1. De contrah. emt. dicitur, quod pecunia non tam ex ſua ſubſtantia uſum dominiumq; nobis præbeat, quam ex quantitate. Nam hinc elici non poteſt, quod ſolus valor pecuniæ ſit eſſentia pecuniæ, & quod ideo in pecunia ejuſq; ſolutione ſolius valoris, materiæ vero ſit habenda ratio nulla, nā ſi ponderes pecuniæ definitionem, & omnia de legalitate ejuſdem promulgata jura, apertiſſimum contra-

deprehendes, quod iura ad cujuslibet pecuniæ essentiam non solum valorem sed & alia & in his inprimis materiã requirãt. Paulus enim sic describit pecuniã, quod sit electa publicaq; forma percussa & publica quoq; eaq; perpetua æstimatione taxata materia. Iam vides, quæ sint pecunię partes essẽtiales, & quod in his primũ teneat locũ electa materia. Si hujus itaq; ratio nulla sit in pecunia, cur ad hanc electa est? Imò eo ipso, quod Ictus ait, electam illam materiã non tam ex sua substantia, quã ex quantitate usum præbere, affirmat potius, quam negat pecuniæ materiam quoq; præbere nobis usum dominiumq;. Et licet deinde addat, quod materia hæc non tam ex sua substantia, quã ex ad juncta quantitate operetur, non tamen negat, ipsum quoq; subjectum operari. Ita ego, etiamsi non te tam operari dico, quam Titium, tamen te operari concedo. Si itaq; Iurisconsultus ait, etiam electam ad pecuniam materiam usum nobis in commercijs præbere, etiam hanc in pecunia omnino attendi vult. Præcipue cum absq; hac illa subsistere omnino nequet, sed secundum illam regulari dirigiq; semper debeat, adeo, ut, qualis sit materia talis quoq; esse debeat ejus valor seu quantitas, uti tradit ipsemet pro contraria opinione allegatus Fichard. d. cons. 28 n. 5. §. Respondeo. versic si non constat de eo vol 1. Neque obstat etiam allegata L. 94. §. sin autem. De solut. Nam ibi nihil aliud dicitur, quam pecuniam interdum considerari ut corpus, interdum

vero

vero non ut corpus, sed ut quantitas, hoc est, ut pecunia. Quis vero hinc sana ratione arguet, quod quantitas usus seu cursus pecuniæ sit potissima ejus bonitas, & quod ideo illa sola in pecunia dominetur, adeo, ut, si illa præsto sit, materia curari non debeat? Quis inquam hoc ex illa & similis argumenti legibus & quomodo id inde eliciet? Et si quæso in pecunia nõ materia ejus sed solus usus & valor dominetur, cur supra allegatę leges Imperijq; recessus tã severè requirunt, quod omnis, quæ in commercijs ultro citroq; traditur & suscipitur, pecunia debeat esse probæ speciei & justi ponderis? Cur obsecro falsam, scelerosã, adulterinã, fraudulentã, impiã, bonoq; publico detrimentosam vocat & reijcit illam pecuniam, quæ justã suã non habet materiã & pondus? Et sane parũ admodum opinionẽ contrariã juvat supra allegatorũ Doctorũ Cameræq; Imperialis allegata autoritas. Nam Doctores illi non omnes bona fide sunt allegati, pleriq; enim nobiscũ sentiunt. Allegati enim Fich. cons. 28 vol. 1. si exactius ponderatur testabitur, ipsũ idẽ quod nos de hac quæstione sentire. Ait enim, & multorũ præclarorũ Doctorũ autoritatibus hoc illustrat, quod scilicet debitũ, quod antiqua contractũ est pecunia, in eadẽ, si ad huc reperiatur, solvi iterum debeat; sin minus, tunc debere debitorẽ solvere de nova æquivalẽte moneta ad bonitatẽ tamen intrinsecam, quam habuit moneta antiqua: Nonne hoc idem est quod nos dicimus? Et hanc sententiã etiam Bartolũ & qui pro contraria opinione allegati sunt Baldũ & Brunũ &

quamplurimos præclaros DD. alios quam constantissime semper defendisse ostendit idem Fichardus. Eodem modo Minsingerus quoq; si sententiam rogatus fuerit, falso quæretur se allegari à parte adversa. Lege sodes supra allegatæ primæ ejus observationis verba, ea sic se n. 5. habent, *si pecunia mutata fuerit & debilior facta, non tenetur quis eam recipere* quid vero hoc aliud est, quam quod nos dicimus? Quanquam vero addat, quod possit quoq; fieri solutio in pecunia usuali & tempore solutionis currēte, tamē hoc ad valorē alterius monetæ, quę contractus tempore in usu erat, fieri debere ait, Et in fine declarat se, quod verbo valorem intelligi velit bonitatem intrinsecam, quam pecunia contractus tempore habuit. Et hanc sententiam (quod scilicet talis materiæ tantiq; ponderis pecunia sit restituenda) Cameram quoque Imperialem amplecti affirmat, assertioniq; huic suæ allegato ad hoc præjudicio fidem facit. Non ne itaq; iniuria fit optimo illi Iuris consulto, quod tam absurdæ opinionis insimuletur & quasi accusatur, quod tradiderit quod in pecunia, quæ valorem suum habet, parum curetur materia, & quod quoq; Camera Cæsaria pecuniā quālibet controversam non secundum suam materiam sed secundum suum valorem judicet?

Neq; obstat, quod in initio observationis dn̄s Minsingerus ait, quod post multam Doctorum disceptationem frequentius obtinuerit, valorem monetæ inspiciendum esse à tempore contractus

sed

ſeu obligationis, & non à tempore ſolutionis, a-deo, ut omne, quod durante obligatione veteri æſtimationi accrevit, debitor reducere poſſit, quod verò decrevit, ſupplere teneatur. Quanquam e-nim ſunt, qui verbum valor pro extrinſeca pecu-niæ bonitate accipiant, tamen in eo falluntur, nam ipſemet contextus docet, dn. Mynſingerum ver-bo illo non extrinſecam ſed intrinſecam bonitatē ſignificatam voluiſſe. Poſteaquam enim dixerat, quod volor monetæ controverſus ſit inſpiciendus à tempore contractus, ſtatim inde infert, &, qua-re, inquit, ſi poſt contractum pecunia mutata fuerit & debilior facta, creditor eam accipere non tenetur. Vbi verbum Debilior materiam re-ſpicit & teſtatur, quod autor in antecedentibus de pecuniæ materia tantum locutus fuerit. Et in eadem quoq; ſignificatione paulò poſt idem autor eodem vocabulo utitur, dum dicit, quod tunc quando ſcilicet pro antiqua pecunia, cum qua contractus celebratus fuit, ſolvitur uſualis & ſo-lutionis tempore currens pecunia, id fieri debeat ad valorem alterius monetæ, quæ tempore con-tractus in uſu erat. Iam, uti ſupra quoq; dixi, ea, quæ ſequuntur diſertè teſtantur, quod hoc verbo valorem Minſingerus ſignificet pecuniæ bo-nitatem intrinſecam. Neq; obſtat, quod autor ille id quod valorem primo dixit, poſtea quoq; vocet æſtimationem & quantitatem. Cum verò quan-titas ſeu æſtimatio pecuniæ non intrinſecam ſed extrinſecam pecuniæ bonitatem ſignificet, ideo

quoq;

quoq; hinc patet, quod autor verbo illo valor non materiam sed precium seu potestatem pecuniæ indicare voluerit. Hoc inquam argumentum iis, quæ supra explicavi, non obstat, Constat enim ex vetustis exemplaribus, & vidi ipsemet ex ipso, ex quo primus harum observationum Typographus easdem primo descripsit, quodq; mihi ipse tanquam singulare tanti viri μνημόσυνον monstravit, exemplari manuscripto, quod ille, in quo hæc verba deprehenduntur, versiculus(qui incipit ibi, *unde si accrevit.* & desinit ibi, *hanc materiam examinat*) non sit Minsingeri sed quod longe post autoris obitum iussu Arnoldi de Reiger sit observationis illius contextui immitus. Quare ex verbis illis argumentum contra nos & supra memoratam ex plicationem nostram peti non potest. Et liquidum igitur hinc jam satis est, plerosque supra pro prima dubitandi ratione allegatos Doctores, inprimis vero Cameram Imperialem, non modo eandem rationem non approbare, sed potius nostram decisionem maximopere corroborare. Et quanquam nõnulli, atq; in his inprimis dn. Hotomañus, in ea opinione perseverarint, quod scilicet valor similis in pecunia sufficiat, etiamsi materia sit dissimilis, tamen hæc eorũ sententia, quia supra allegatis apertissimis legũ textibus ipsiq; cuius gratia inventa & introducta est pecunię fini(nimirũ ut ęqualitas in commerciis atq; adeo mater omnis tranquilitatis in societate humana cõservetur)valde perniciose

adver-

ad versatur, pridem à maiori saniori q; Doctorum parte, imo ab ipso supremo totius orbis Romani tribunali, Camera nimirũ Imperiali, est explosa. Quod autẽ dicitur, illas, quas modo iterũ allegavi, tã veteres quã recentiores leges monetarias, quæ certas in unaquàq; pecunia partes essentiales, & in his inprimis certę materię certũ pondus requirunt nõ observari amplius, sed in desuetudinẽ iã pridẽ abiisse, adeo, ut secundũ eas pecuniæ bonitas non amplius iudicetur, sed advertatur potius quos nũmos nõ leges sed communis seu publicus cuiusq; loci usus approbat, & quod eiusmodi quidẽ nummi, quos usus probat, in Commerciis liberũ habeant cursũ, etiamsi legibus scriptis sint contrarii: Ea obiectio non quidẽ impiis absurdis sed omni caret ratione: Non nego equidẽ, & est sane notoriũ imo evidentissimũ, quã plurimos Imperii Romani ordines neq; in fabricanda neq; in expendenda pecunia nõ observare hac de relatas leges sed modo hũc talẽ, illum vicissim aliã, tertiũ iterũ ab his diversam cudere pecuniam. Verum qua fronte hinc consequi quis dicet, quod ob peccata hęc optimę illę & saluberrimæ tam veteres quam recentiores leges monetariæ in desuetudinem abierint, nec attendi amplius debeant? Nemo nescit, quàm impiè hodie utriusque divinæ, imprimis vero posterioris tabulæ tertium & decimum præcepta tam à superioris Ordinis quam inferioris sortis mortalibus habeantur observẽturq;. Ecquid vero tu propterea tã demens fueris & hinc intuleris

quod

quod propter horum delicta saluberrima illa, & ad conservandam societatis humanæ tranquillitatem summe necessaria jura in desuetudinem abierint sublataque fuerint, & quod ideo neque observari amplius neque in violatores eorum animadverti debeat. Vetus est verbum, abusum legis eandem non tollere, multò minus consuetudinem honestam inducere posse, præcipue si abusus ille officiat publicæ saluti, tranquillitati & utilitati. Jam lex est, quod omnis pecunia debeat constare ex certo ad hanc rem singulariter electæ certo materiæ pondere, & quod eius materiæ & ponderis certa debeat esse eaque publica & perpetua seu æternalis forma & æstimatio, *d. L 1. De contr. emt. vend. d. L. 1. & 3. C. De vet. numism. potest. d. §* dieſe jetztgemeldte *& §.* Hierauff. *Monetar. Anno 1559. publicatum edictum.* Porro nemo inficias mihi iverit, quod lege hac abutantur ij, qui cudunt & dispergunt huic legi contrariam & scilicet talem pecuniam, quæ neque electam ad hanc materiam, neque pondus, neque; quam in ea leges statuerunt, publicam & perpetuam formam & æstimationem tenent; Deinde etiam id (proh dolor) plusquam notorium est, quod pessimus ille legis huius monetariæ abusus salutem tranquillitatem & utilitatem publicam hostiliter infestet, imo ei magis furtim, quam quodlibet venenum cordi humano subrepat, eamque tandem plane exanimet. Adduco in testem, quem nemo de mendacio arguere potest, Deum ipsum optimum

optimum ter maximum. *Ille* enim, uti ex suprà allegato propheta Amos apparet, disertè ait, quod pessimè legibus pecuniariis abutantur, qui augent siclum, h. e. qui pecuniam aliter cudunt & divulgant, quàm leges permittunt. Deinde ait, quod hinc nihil aliud eveniat, quam quod possideatur in argento egenus, & vendantur pauperes pro calceamentis & quisquiliæ frumenti, atq; ita eviscceretur inq; privatum commodum convertatur totum publicum bonum. Super hoc enim ait facto commoveri terram, & lugere omnem ejus habitatorem. Et ex ijs quoq;, quæ supra *ex tit De leg. Corn. de fals. & ex tit C. De fals. mon. & de vet numism. pot.* allegavi, manifestum est, quod etiam legis latores Ethnici legum pecuniarium (quę, ut supra dixi, in hoc consistunt, ut pecuniæ materia ad hoc sit legitimè electa; ut sit forma publica percussa, ut publicum & perpetuum habeat pondus & æstimationem. *d. L. De contr. emt.*) abusum pro tali crimine habuisse; quod. Salutem Tranquillitatemq; societatis humanæ; cuius gratia constitutæ illæ sunt, perturbet & planè evertat. Et sane, quid harum legum contemtus, seu, ut illi hunc vocant, desuetudo in societate humana possit, & quam diligenter pij communisq; boni & tranquillitatis amantes & observãtes magistratus suos de eo dehortati fuerint, tum ex illorum tum ex aliorum ab historicis memoriæ proditis querelis & hortationibus satis abunde constat. Mortem præ foribus advertens pius ille prudentissimusq;

olim Dux Bohemiæ Bolelaus (qui regno illi circa annum 994. præfuit) Dilige (inquit ad filium, cognominem Boleslaum Mitem) denarium sed parce, dilige famam. Res enim publica licet sit numinis ad aucta per formam falsi numismatis falsam cito erit ad nihilum redacta, Est aliquid, filimi, quod Carolus Rex Sapientissimus & manu potentissimus haud æquiparandus nobis hominibus valde humilibus, cum filium suum post se in solio sublimandum disponeret, eum terribili cum sacramento constrinxit, ne in regno suo subdola & prava taxatio ponderis aut monetæ fieret. Certe enim nulla clades, nulla pestilentia nec mortalitas, nec non hostis totam terram rapinis incendijsq; devastantes magis populo Dei nocent, quam frequens mutatio & fraudulenta pejoratio nummi. Quæ pestis, aut quæ infernalis Erynnis inclementius spoliat, perdit, attenuat Christicolas, quam fraus in nūmo herilis? Atqui post hæc senescente justitia & invalescente nequitia, surgent, nō Duces, sed fures; non rectores populi Dei, sed nequam exactores, avarissimi sine misericordia homines, Deū omnia cernentem nō metuentes, qui ter vel quater in anno monetā mutando eunt in laquem Diaboli ad perditionē populi Dei Talibus enim nequā artibus & per legū insolentiā, coangustabunt huius regni terminos, quos ego dilatavi usq; ad mōtes, qui sunt ultra Krakou nomine triti, per Dei gratiā & populi opulētiā. Uti pluribus hæc referuntur lib. 1. Chronici Cosmæ Pragensis.

Unde

Unde & Bodinus lib 6. c. 3. de Rep. non magis, inquit, licet improba numismata (sunt autem improba numismata, quæ neq; materiam ad eam legitimè electã neq; pondus, neq; publicam habent, neq; perpetuam suam æstimationem) cudere, quã occidere, grassari, nec à jure gentium, quo quidem auri & argenti precium constitutum est, discedere; nisi Principis nomen ac Splendorem amittere, ac falsæ monetæ fabricator, quam Princeps appellari malit, Ea enim (idem ibi do ait) incredibile affert universis ac singulis detrimentum ac non modo corrumpi Moneta sed & ne mutari quidem potest sine incommodo civitatis, quoniam mutatio precij ac materiæ numismatum, census etiã, ac bonorũ cujusq; dubitationem affert. Quo fit, ut nemo quantum in bonis habeat, constituere possit. Incerta sunt pacta conventa, quæ versantur in societatibus, tutelis, fiducijs, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas continetur. Incerti sunt reditus, vectigalia, tributa. Deniq; pœnæ ipsæ ac præmia, quæ à legibus & judicibus irrogantur, incerta sunt futura. Postremò ærarii opes, ac multa tum in publicis, tum in privatis rebus rationibusq; dubia ac suspensa fore necesse est. Ventur. de Valentiis lib. 1. Parthen. litigios. c. 13. n. 18: Monetæ inquit, mutatio extrinsecæ bonitatis multas & inextricabilis parit lites. Hæc mutatio initiũ discordiis civilibus inter cõfęderatas Belgicas provincias prębuit teste Emanuele Materrano l. 14. Annal. Belgic. Hęc

rentas lites inter Hollandiæ & Seelandiæ populos Anno 1595 peperit, ut præfatus historicus lib.17. testatur.

Neq; etiam ulla Cæsares nostri celebravere comitia, in quibus legum monetariarum contemtum, & quæ inde evenerunt, mala conquesti non fuerint. Et inprimis notandum est, quod in Augustæ Vindelicorum anno 1566. habito recessu § In weiter Berahtschlagung Imperator Maximilianus ait, quod ex hoc, quod edicta monetaria non observantur, sed unusquisq; pro suo lubitu monetas cudat divulget & expendat, ortum sit maximum in imperio damnum, adeo, ut si malo illi mature obviam non eatur, id brevi totum orbem Romanum sit pessundaturum. Nec prorsus ... possum, quod ... Imper. in sua Anno 1570 Spiræ promulgata constitutione §. Neben Angehorten & §. seq monetarias ab antecessoribus suis publicatas leges vocat Ein sonderwolbedachte Müntzordnung vnd Keyserlich Edict. Item/ eine solche Vernünfftige nützliche vnd Erbare Müntzordnunge/ deren sich/ do sie nur in guter obacht gehalten würde/ menniglich zu erfrewen/ Es sey aber vor Augen/ weil mann nemlich solche nützliche Ordnung verachtlich hindann setzt / vnnd ein jeder seines eigenen Willens vnnd gefallens Müntze zuschlagen sich gelüsten lest/ was dannen hero vor vnauffhörliche schäden Jederman/ hohen vnd niedrigen standes / zugefugt/ vnd wie alle victualien vnnd Commercien dadurch

durch Gesteigerte werden/ &c. §. vnd dieweil man. dicitur, quod illi, qui pro suo libitu nullis observatis legibus cudunt monetas, bono publico sint detrimentosissimi. Idemque q; idem repetitur In dem zu Franckfort Anno 1571. Vfgerichtetem Deputation abscheidt §. Ob wol Angeregte Käyserliche. Ubi ait, das die bißhero Publicierte vnd verbesserte Müntz Ordnungen von jederman als Wol bedacht gerecht vnnd Gemeinnutzlich gelobt/ Et §. vnd Anfänglich. ait, das angeregte Muntz edicta aller Billiger erbarm gleichheitt nach vernuffteglich vnnd wolbedacht. Et in Ratisbonæ Anno 1576. (§ Nach dem dasselbige Müntz Edict &c.) & Anno 1582. (§. Demnach nuhn &c §. seq & Anno 1594 (§ Als wir dann für der vierten) habitis Recessibus dicitur, daß das Müntz Edict mit seinen Verbesserungen zu erhaltung gleichheit in denn Commerciis vnd zu Abstellung aller Vervortheillung vnd Wucherlichen gesuchs bei denn Müntzen in außgeben vnd einnehmen hochnützlich vnd nötig zuhalten/ vnd das die Vberfahrung solches Edict dem gemeinen nutzen ja allen Ständen vnd vnterthanen zu Vnmeßigen schaden vnd abbruch aller Ihrer Nachrunge vnd einkommen gereiche. Extant etiam de huius pestilentissimi contemptus & abusus horrendis malis vetustissimæ querelæ rythmicæ, quarum nonnullas, quem supra allegavi, dn. D. Hillerius in fine responsi sui refert: & eodem quoque modo alios

ante complures annos rei monetariæ deploratum statum his descripsit versiculis.

Mundi mercatores
Quid sunt! (heu) quam triffatores?
Quando boni nummi vadunt,
Statim eos igni tradunt
Sicq; manet pagamentum
Scoria & non argentum
Sic consumdunt mundum totum
Istud undiq; est notum.

Et verissima hæc esse omnia experimur proh dolor hodie ipsimet cum maximo nostrorum ipsorummet damno. Notæ sunt omnibus horrendæ plebis superiori anno in inferiori Saxonia ex hoc malo ortæ seditiones & crurentissimæ cædes. Quam præclaras quoq; provincias tam scelerosa edictum istud monetarium violandi falsasq; monetas cudendi licentia brevi depeculata fuerit, enervarit & plane ferme everterit aliquodãmodo videre est ex subnexis ex præclara quadã aula ad Iurisconsultum quendam Spiram nuper scriptis litteris quæ sic se habent.

Literæ tuæ quarto die huius mensis offeruntur mihi hodie in castro L. B. & tertiam jam hebdomadam absum W. Credo enim nunciatum vobis esse, quæ mutatio regiminis nostri aulici aliquot ante septimanas singulari proculdubio Dei benignitate & consilio inciderit. Status provinciarum partis W. & G. sub gravi jugo servitute & concussionibus ad huc detenti & omni-

bus

bus facultatibus per Satrapas tres connivente, & suis utilitatibus intento Vicario Principis nostri Clementissimi exuti tandem se conjunxerunt. & Principi nostro quo meliorẽ & clementiorẽ ætas nostra non vidit, &cujus probitate&synceritate abusi sunt Satrapæ & Vicarius Principis, suas miserias & Principis prope appropinquantẽ interiũ, gravissimè adductis omnibus adducendis denunciarunt. Factum hoc in arce H. quo venerant in comitatu Principis, & Princeps eò vocatus erat à matre & E. O. omnium rerum inscius: Fratres S. magno cũ fastu exibant W. & cũ ijs Filii & Generi non parvo numerò. Octodecim ex Primotibus Nobiliũ utriusq; ducatus, Cœnobiarchæ & ex oppidis. Primarii postero die sũmo mane convolarunt mox in arcẽ admissi clementissime auditi sunt, argumẽtis & rationibus onerati. SS. manus dederunt & arresto in arce mancipati. Cæterũ in continenti decreta inquisitio. Ego dominis inquisitoribus causa informationis adjunctus nomine illustrissimi nostri Principis & Statuũ sextã jam hebdomadã ab aula & familia absum: Præterita nocte hac in Arce diverterunt hora octava, illucescente primo die Erichsburgũ in custodiã arctiorem avecti.

Hominum fidem excedit, quã misere homines tam pauci numero amplissimas & ditissimas provincias sexennii spacio consumpserint, & Principis subditorumq; facultates in rem suam converterint. Nudius tertius est, quando ex Arresto H. Litteras ad me dederunt, quibus

adjunctæ erant aliæ Statibus inscriptæ: non legi eas, sed consignatas in aulam misi. Hac nocte maximè sollicici fuerunt, quod me non alloqui potuerunt, id enim petentibus responsum est, me hesterno die aliò profectum. &c. Vale Datæ ex arce L. ad sylvam B. montis. 14. octob. Anno 1622. Hi, de quibus litteræ hæ loquuntur Phormiones, Doriones & Paracharactæ optimo Principi inter alia persuaserant, si sibi Oeconomiæ ærarijq; sui curam aliquot annos committeret, paucis seipsum annis ita velle locupletare, ut non solum quidquid ipsum stringeret æris alieni, dissolveret, sed etiam pecuniæ summam abundantiam adipisceretur. Fuco sis hisce persuasionibus integerrimus ille Princeps circumventus, in hanc, quam modo relata epistola ostendit, scyllam delatus est Unde apparet, verum omnino esse, quod supra allegatus Dux Bohemiæ ad Filium dixit, Respublica licet nummis sit adaucta per formam numismatis falsi, cito erit ad nihilum redacta. Hinc inquam verum esse apparet, quod supra in veritatis testimonium citatus omni exceptione maior testis DEUS opt. ter max dixit, quod super ijs, qui mensurarum staterarum & sicli legibus abutuntur, commoveatur terra, & lugeat omnis habitator ejus. Et pro merito confiscatis jam ipsorum quos præfatæ litteræ commemorant bonorum virorum bonis in Tertulliano suo jam experiuntur (hoc est à stultorum insanorumq; omnium magistro, nam proborum

Docto-

Doctores neglexerunt, docentur) verum esse, quod ipsis opt. ter max. non solum per supra allegatum Prophetam Michæam, verum etiam per Doctores alios ex suggesto indies prædixit, ipsi vero tanquam vana terriculamenta neglexerunt, quod eo ipso, quod in sui commodum proximi vero in commodum & detrimentum mensurarum staterarum & siclorum legibus abusi fuerunt comederint quidē sed saturati nō fuerint: quodq; humiliatio eorum sit jam in medio eorum; quod apprehenderint quidem, sed non salvarint; & quos salvarunt, Deus tamen in gladium dederit: quod seminarint, sed non messuerint: quod calcarint olivam, sed non uncti fuerint oleo, & mustum & non biberint. Neq; ab eadem hac pœna (si non credis experieris) immunis fuerit illa civitas, quæ eadem hac nuper homines fallendi excoriandi & more cruentissimorum vulturum eviscerandi arte usi magnam falsæ pecuniæ vim cudi fecerunt & eam pro optima quam olim acceperunt pecunia creditori obtruderunt Quæ itaq; cum ita sint & quilibet ex his videat, quam plenum sit religionis dicere, imo quam plenum sit impietatis & pestilentiæ magistratui alicui persuadere, quod propter pessimum illum supra allegatarum tam saluberrimarum monetariarum legum abusum illa in disuetudinem abierint & quod propterea observari non amplius, sed potius usus imò pestilentissimus ille allegatus cujusq; loci hac in re introductus abusus inspici debeat,

 ideo

ideo nemo, qui sanæ mentis homo audiri cupit argumento illi assentietur. Impiè allegatur hac in re Cæsaria Majestas, non perpenso, quod optimo huic Monarchæ, qui non minus quam laudatissimi Antecessores ejus salutem & tranquillitatem Imperii habet curæ, ob communis patriæ (cuius est amantissimus studiosissimusq;) calamitatem, angustias maximamq; reducendæ Imperio exulantis adhuc pacis & tranquillitatis curam & laborem tantum ad certum tempus, & donec patriæ difficultates illæ cessaverint, minimè vero aliis, præsertim iis, qui nullis talibus ærumnis & necessitatibus laborant, Ordinibus viliores monetas, quam leges permittunt, cudere licet. D. Avver. in sua dissertatione de jur. mon. c. 17. th. 137. Quare necessitatis hæc incommoda toleranda potius quam imitanda & augenda sunt. Cæterum satis notum & ex supra allegata Imperatoris & Electorum Capitulatione dilucide demonstratum est, quod extra evidentissimæ necessitatis casus (quorum non nullos commerat modo allegatus dn. D. Avver in citato loco) neq; Cæsari aliam quam nummariæ Imperii leges permittunt, cudere & divulgare pecuniam, vel absq; ordinum consensu in legibus pecuniariis quicquam, quod in Reipublicæ detrimentum subditorumq; præjudicium vergit, mutare licet. Quamvis enim Imperator maiestatis pollet at iure tamen, quia nulli atq; adeo ne summo quidē Imperatori ius gentiū sine gravissima caussa violare vel

vel quicquam in alterius præiudicium & damnum statuere licet, ideo nulli quoq; atque adeo ne summo quidem Imperatori contra Antecessorum edicta pecuniæ vel materiam vel valorem imminuere atque adeo deteriorem facere licet. Arnisæus lib. 2. c. 7. n. 5. D. iur. maiest. Hoc ipso enim non violaret solum Cæsar ius gentium, ex quo pecuniæ usus prodiit constitutumque est, quod pecuniæ electa materia, formæ & æstimatio publica & perpetua seu æterna & immutabilis esse debeat, sed & maximo Reipub. damno subditos vero eius non exili præiudicio afficeret, uti ex iis, quæ in supra relatis decidendi rationibus dicta sunt, satis liquidò apparet. Et notandum præterea est, quod Leo Novell. 52. monetæ diminutionem Rerumpublicarũ morbũ quendam ac tabem esse ait, & ideo summo principi, cui tranquillitas societatis humanæ cordi est, fugiendam talemq; monetã cudendã esse monet, quæ non solũ formam & materiam non adulteratam, sed, & plenum pondus habeat. Cum itaq; hæc ita se habeant, quod scilicet non solũ Opt. ter max. Deus (qui, uti ex supra allegati Prophetæ Amos c. 2. versic. Hæc dicit Dominus. 6. apparet, contẽtũ legũ numariarũ in iis habet maleficiis, super quibus perpetrantes nõ velit cõvertere,) sed & ipsimet vices eius in mortali hoc orbe gerentes Cæsares fateantur, quod horrendũ, bonoq; publico detrimentosissimũ sit delictũ, quicquid & à quocunq; id tandẽ contra benè constitutas leges monetarias cõmittitur, ideò

satis

edictis monetarijs constituti assis seu Marchæ Coloniensis computationem, tamen per hoc negocijs numarijs satisfieri non potest Egregium sane argumentum: Tempora prava non admittunt salubres de æqualitatis in commercijs, matris scilicet omnis tranquillitatis, conservatione latas leges; Ergo eas nemo observare amplius tenetur. Hem summam Iurisprudentiam! quæ verò magis quam tempora prava indigent salubribus legibus earumq; strenua executione & observantia? Vbi leges illæ nostræ monetariæ ferebantur, non meliora erant tempora, nec felicior rei numariæ status, quare hunc quam gravissimè in omnibus suis hac de re promulgatis legibus conqueruntur suarumq; ætatum summam rei monetariæ saluberrimas leges despicientem hominum malitiam ad ulterandiq; numos, proximumq; circumscribendi eviscerandiq; studium quasi deplorant Imperatores pleriq; omnes. Quid verò agendum interea putarunt? num supra allegati Leguleij opinionē secuti ob pessima illa tempora hominumq; summam illam malitiam in legibus illis monetarijs earundemq; observantia supersedendum. & quid pro suo quisq; lubitu hac in re statuit attendendum essesputarunt? Minimè, sed (quod & supra citatus Imperator Leo in d. constit. 52. de quadam suo tempore non absq; summo publicæ utilitatis detrimento oblitterata lege monetaria dicebat) egregiæ hæ, inquiunt, leges haud scimus, quare in eadem forma consistere non debeant,

Quare

legata edicta millies nummi revocentur ad Marchæ Coloniensis Computationem, quod tamen per hoc rei numariæ non satis fieri possit, id verò non ego, sed multi alii egregii Imperatores imò universi Orbis Romani Ordines aperte falsum esse testantur. Imperator enim Fredinandus non posse ait rem monetariam rectius constitui, eique satisfieri, quam si nummi omnes iudicentur secundum certum quendam assem. Quemadmodum etiam omnes, quos cudi permittit, numos ad marcā Coloniensē examinare iubet, uti pluribus hoc testatur monetarium an. 1559. publicatum edictum. Et Imperator Maximilianus in Spiræ an. 1570. promulgata constitutione §. Neben angehörten vacat hoc idq; insecudum edictum Eine sondere wolbedachte Müntzordnung. Item eine solche vernunfftige nützliche vnd Erbare Ordnung/deren man sich zuerfrewē. Et idem in sequenti an. Francofordię promulgato. Recessu. §. 2. inquit. Das solche Müntzordnung võjederman alß wollbedacht gerecht vnd gemein nützlich gelobt quod repetit quoq; §. vnd anfenglich haben wir vns. ubi dicit, dz die Müntzordnunge aller Billiger Erbare gleichheite nach vernünfftiglich vnd wolbedacht. Et in Ratisbonę an. 1576. publica constitutione §. Gemeinen anwesenden. ait, das die Müntzordnung dermassen verbessert/ daß an derselbigen nichts mehr vbrig oder mangel/ dann das dieselbige allenthalben in Reich zu durchgehender gleichmeßi-

ger Volnziehung gerichtet vnd exequieret wer-de. Est ne ergo summa & inpudens audacia, contra asserere, per leges illas saluberrimas rei numariæ nō satisfieri? Atq; hæc omnia cum ita sese habeant ,non video sane, quanam ratione vel fronte asseri possit, quod in quæstionibus seu litibus numariis, ubi scilicet de nūmi legalitate disputatur, non sæpè allegatæ leges sed usus uniuscujusq; loci attendi & secundum hunc non verò secundum leges dubium illud decidi debeat. Neq; alicujus est momenti, quod dicunt, cum quilibet magistratus, &, quam cum eo paribus passibus ambulare dicunt, consuetudinem seu usum in suo territorio idem possit quod Princeps, *Gail. lib. 1. De pac. publ. c. 6. n. 10.* ideò quoq; posse cujuslibet loci Magistratum vel consuetudinem sibi subditisq; suis propriam aliquam pecuniam constituere, valoremq; ei certum imponere, ita, ut omnis pecunia; qualem vel cujusq; loci magistratus loci sibi suisq; subditis constituit, vel communis populi usus approbat & in commercijs recipit, recusari à nullo ejus loci subdito creditore possit. Etenim primo respondeo ad maiorem, & nego, hoc casu verum esse,quod magistratus quilibet idem possit in suo territorio, quod Imperator in Imperio. Imperator enim & Ordines possunt in Imperio pecuniam civibus Romanis ordinare, certamq; ad eam materiam eligere, forma publica percutere, & certo valore æstimare, & eam commerciis præficere, Iam hoc nemo ex

Im-

Imperii subditis in suo territorio facere potest. Imperator enim Constantinus *in l. 2. C. De falsa moneta.* non debet ait alibi, quam in regiis tantummodo moneris fabricandi pecuniam studium frequentari. Et quanquam posteriores deinceps Cæsares nonnullis monetas cudendi facultatem concesserunt, tamen eligendi ad eam materiam pondus formam atq; æstimationem aliam, quam Imperator & Ordines ad eam elegere & constituere, facultatem concedit nemini. Ubi ex sæpè jam allegatis præcipuè ex ad 1559. & an. 1566. promulgatis Recessibus plusquam manifestum est Verba eorum Recessum hæc sunt wir setzen ordnen vnd wolten von Röm. Keyß. Macht wissentlich in Krafft diesses Edicts / das hin fürter im Reich Teutscher Nation / kein Müntzherr / der Müntzens Freyheitt vnd Gerechtigkeit hat / hohen oder niedern Standes / einige andere Sorten oder stück der Müntz / klein oder groß / ob die gleich zuvor im Reich Teutscher Nation zu Müntzen gebräuchlich gewesen / dann wie die hie oben in diesem vnserm Keysserlichem Edict bemeldet / benant / vnd außtrucklich fürgestellt / Müntzen / schlagen / machen / oder an Statt einiger bezahlung außgeben lassen soll bey vermeidung vnser vnd deß Reichs schweren vngenad / vnd darzu einer Gelt peen / nemlich Fünfftzig Marck Lötigs Golds / die ein jeder / so offt er freventlich hie wieder handlen würde / zum halben theil / vnserm vnd des Reichs Fisco, vnd den

an-

andern Theil / dem Kreyß / vnder dem er gesessen ist / Vnnachlässlich Zubezahlen / verfallen sein soll. Unde & Arnisæus *d. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 7. pecuniȩ valorem imponendi potestatem semper penes Imperatores mansisse, neq; eam aliis unquam concessisse ait. & n. 8. 9. & 10. solius, inquit, Imperatoris est materiam pecuniæ præscribere, & hoc solum fere ex iure monetali subditis communicari ait, quod imagines tantum seu insignia sua nummis inprimere ijs liceat. Cum itaq; solus Imperator in Imperio hanc habeat potestatem, ut cum ordinibus constituant pecuniam, eligant ei præscribantq; certam materiam pondus & valorem, subditi verò eam potestatem in territorijs suis non habeant, ideo falsum hoc casu est, quod, dicitur, immediatum Imperij subditum idem posse in suo territorio facere quod potest Imperator in Imperio. Cuius rei gravissima ratio in dictis constitutionibus passim redditur. si enim cuiq; in suo territorio pro lubitu suo pecuniam ordinare, & modo hanc modo illam materiam pondus & æstimationem ei præscribere liceret, non esset in imperio uniformis pecunia. Porro ubi pecunia non est uniformis, ibi assiduis ijsq; maximis homines fraudibus & damnis se invicem circumscribere decipere & consumere necessum est. Id quod nos stultorum prȩceptor proh dolor nimis calamitosè adhuc docuit. Cum itaq; magistratus in suo territorio non possit aliam, quam legibus sancita est, pecuniam introducere, ideo se-

ſequitur, quod hoc quoq; nec uſus quidem poſſit & quod ideo, licet millies nũmi aliqui in hoc vel illo loco uſu valeant, tamen, ſi ſunt legibus nummariis contrarii, pro nummis non haberi, neq; creditor ad eos accipiendos cogi debeat. Præterea tralatitium eſt, quod conſuetudo bono publico contraria, & quæ eſt variorũ peſtilentiſſimorumq; malorum fœcundiſſima mater, minime obſervari debeat. jam, uti ex ſupra adductis manifeſtũ eſt, non ipſemet ſolum universi huius Creator & Arbiter, ſed & eius in orbe hoc vices gerentes Imperatores teſtantur, quod nihil ſit bono publico vitæq; humanæ tranquillitati magis detrimentoſum, nullaq; malorum omnium fœcundior genetrix, quam ut poſthabitis de re monetaria ſaluberrime latis legibus unicuiq; pro ſuo lubitu in ſuo territorio pecuniam vel lege vel uſu ſeu conſuetudine conſtituere & æſtimare liceat. Supra enim ex Propheta Amos docui, Deum opt. ter max aſſeverare, quod ſuper ijs, qui tale quid deſignant, & ſiclum ultra menſuram ſeu pondus & æſtimationem templi augere laborant, terra cõmoveatur lugeatq; omnis habitator eius. Præterea nullus eſt Imperii Receſſus, ubi non videas ab Imperatoribus Imperiiq; Ordinibus queri, quod contemtus legum monetariarum, & quod unusquiſq; pro ſuo lubitu pecuniam cudendi æſtimandiq;, eãq; deinceps æſtimationem in uſum introducendi licentiam ſibi vendicat, bono publico ſit detrimentoſiſſimum

& omnium in societatis civium orbis Romani existentium malorum causam. Proinde hinc sequitur, quod hæc consuetudo seu usus pestilentissimus minime observari debeat; sed quod eam supradicti Monarchæ & patres patriæ non solum merito execrentur, dirisq; omnibus devoveant, sed & toties quoties quam severissimè prohibeant, inq; eorundem autorem solicite inquiri & absq; ulla remissione animadverti mandant. Quæ cum ita sint, merito miror, quod dn. D. Cothm. in supra allegato consilio contrarium asserat & statuit, nũmum etiamsi legibus non sit conformis, tamen ob usum communem nihilo minus valere, nec de autore, neq; de æqua vel iniqua ejus usus causa in quirendum esse. Si in mẽtem ipsi venissent, quæ non solum de huiusmodi usus autoribus sed etiam de usu ipso Deus & Imperatores dicto iam modo queruntur & statuunt, imo quę nos ipsamet experientia de eo nos docet, fortassis in nostram potius sententiam pedibus vatransiisset & suasisset, non illam pecuniam & valorem, quem talis pessima licentia & usus intro ducit & approbat, sed quam leges statuerunt pecuniam & valorem esse attendendum & dicendum, quod pecunia supradictis legibus nostris monetariis contraria, tanquam bono publico detrimentosa minimè sit pro honesta & legitima moneta agnoscenda vel aliquis ad eam accipiendã cogendus.

Verum hic nobis non solum opponitur supra

à dn.

à dn. D. Gothmanno allegata communis omnium DD. opinio (qua scilicet statuunt, quod nulla omnino pecunia, quæcunque in loco contractus & solutionis circumjacentibusq; locis usu recipitur, à creditoribus recusari possit) sed & ipsa Cameræ Imperialis continua observatio. De hac enim aiunt, quod ex omnibus eius in huiusmodi controversijs ad huc latis sententiis seu prejudiciis notorium sit, quod illa pecunia, de cuius utriusq; bonitatis restitutione litigatur, creditori non secundum supra edicta monetaria sed secundum illius loci & temporis usum, quo debitum contractum fuit, adjudicet & velit, quod in debitæ pecuniæ restitutione illa tam extrinseca quam intrinseca bonitas (non quam leges in ipsa requirunt, sed) quā tempore contractus loci eiusdē usus introduxit, attēdi debeat. Sic an. 1551. 27 Fe. in causa pastor contra Gülich pronunciatum: daß die Järliche pension mit Goldgülden oder mit den Marcken (nota hic, non quæ sint legibus recessibusq; Imperii conformes, sed) Wie die zeit vffgerichteter Verschreibung gangbar gewesen/ oder aber den rechten werth derselben mit Müntzen (nota iterum, non quæ legibus & constitutionibus Imperii sint consentanea, sed) wie die jederzeit zu Cöln gangbar zubezahlen. Sic in caussa Willer contra Aach An. 1561. 25. Ian. iudicatum das die Appellanten die 29. Gülden mit Goldgülden oder einen jeden derselben mit 6. Marck im Werth (non, wie der selbe in dē Rech-

ren vnd Reichs constitutionibus geordnet/ sondern) wie sie zur Zeit der auffgerichteten Handtverschreibung gewesen/ doch mit Müntz/(nicht wie die in den Reichs abschieden geordnet / sonder) wie die zur Zeit der Zahlung zu Aach gangbar. Eodē modo in caussa Palandt contra Drisch Appellat. an. 16..13. 16. Maii pronunciatur, das der Restierende Kauffschilling vermöge dessen in an. 1577. den 20. Julij auffgerichteten Vertrags in Reichsthalern oder 82. Cr. vor jeden Thaler an guten Groben Sorten (non in dem Wert/ wie wir der ich) ietz in den Reichs Abschieden geordnet sondern) wie dieselbe Anno 1578. vnd 79. zu Gülich gangbar gewesen. Et eodem modo in caussa Milendürnck contra Meroden an. 16.7. 26. octob. iudicatum est. Ex quibus omnibus cum manifestum sit, Cameram Imperialem eam, quæ de pecuniæ vel intrinseca vel extrinseca bonitate incidit, quæstionem non secundum supra allegatas imperii constitutiones, sed simpliciter secundum contractus tempori & loco consentaneum ibiq; receptum usum decidat ideo inde sequitur, quod Camerępotius stilus hic quàm supra relata nostra opinio in iudicando observari debeat arg. §. f. Instit De satesd. Verum quod supra allegatam communem Doctorum opinionem attinet, ad eam ex iis, quęsupra de huius controversia origine dixi, facile respondere posse opinor, nimirū cū leges veterū Imperatorū Romanorū allegatorū antiquorū Iurisconsultorū ætate omnino obsolevissent adeoq; oblitteratę fuissent,

ut ferme ad 1559. annum nemo ſcire amplius recte potuerit, quale nam pondus formam & valorem Imperatores cuiq; nummo præſcripſerant, & quod ideo unusquisq; magiſtratus pro ſuo ſibi lubitu certos nummos conſtitueret & æſtimaret, ideo illi, qui ante dictum 1559. annum iuri operam dedere, Doctores ſicuti in aliis rebus fungibilibus ita in pecunia quoque non aliter hanc quæſtionem decidere potuerunt, quam quod debitor creditori pecuniam ea bonitate, qua eam accepit, hoc eſt, qua tempore contractus illa in loco eiusdem prædita fuit, redderetur. Hodiè vero, ubi leges nummariæ renovatæ & in iis diſertis verbis ſancitum definitumq; eſt, quanam ſcilicet pecunia quodlibet debitum ſolvi debeat, & quod nullus iudex contra eas conſtitutiones aliud quicquam decernere vel creditori aliam pecuniam obtrudere debeat, ideo per has modo leges ſupradicta dubitandi ratione deciſa merito quoq; ipſum dubium ceſſare & ideo obſervari debet, quid hac de re expreſſa iura ſtatuerunt. Per vulgata. Neque veriſimile mihi ſit, Cameram Imperialem in ea eſſe opinione quaſi ob ſupra allegatum legum monetariarũ contemtum & abuſum illæ in deſuetudinẽ abierint, adeo, ut obſervare eas nemo neceſſe amplius habeat, ſed ſolũ adverti debeat, qualẽ hic vel ille Kipperus Wipperusq; vel prævalens aliquis manceps pecuniã & valorẽ in uſum introduxerit improvidumq; vulgus approbarit. Hoc inquam mihi non ſit veriſimile, Etenim cum ipſe-

met Cameræ Imperialis Iudex, Præsides & Assessores Cæsariæ Maiestati iuramento se quam sanctissimè obstrinxere, quod in dijudicandis caussarum litigiosarum controversijs velint non solum Cæsariorum in Instit. Pandectis & Codice comprehensorum jurium communium verum etiam Recessuum Imperij normam sequi & ab ijs nelatum unguem in iudicando discedere, ideo credibile non est, ipsos concessuros, quod in hac nostra quæstione non sequantur præfatas saluberrimas de re monetaria latas leges, Deinde quia eos, qui ipsis annua sua salaria numerare tenentur, compellunt, ut ea sibi in tali pecunia, quæ tam quoad materiam quam valorem supradictis Recessibus omnino sit conformis, solvant, tum quia quoq; Cancellorum Cameralium Præfectus apparitoresq; tam equestres quam pedestres sportulas mercedesq; debitas in nulla alia moneta, quam quæ sæpè iam allegatis Recessibus per omnia sit conformis, recipiunt ideo mihi non fit probabile, quod iudices hi in suis tantum exigendis recipiendisq; debitis tam exactè observari ista pecuniaria edicta, in illis vero casibus, ubi alijs sua debita adiudicari debent, kipperorum VVipperorumq; in pecunia introductum usum attendi velint.

Neq; moror allegata præiudicia, quia enim constat, quod præiudicia, quorum decidendi nos rationes latent, infirmiora sint, quam ut ex ijs validum peti possit argumentum, ideo nihil hæc certi probant. Deinde ille, non quid fit Romæ, sed

quid

quidfieri ibi debet, attendendum esse ait. Neq; me etiam illud movet, quod quidam dicunt, contractus legem ex contrahentium conventione accipere & iuri communi derogare, & ideo iudicem teneri, tam secundum contrahentium pacta, quam secundum leges scriptas iudicare: Cum itaq; debitores hoc plerumq; in lege dicant, vel, si dictum non est, pro cauto tamen habeatur, quod quam promittunt illi pecunia in ea bonitate & valore solvi debeat, in quo contractus tempore fuit per vulgata. ideo inde sequitur, quod hæc pacta supra quoq; allegatis de re numaria latis legibus derogent, & quod ideo quilibet iudex secundum hæc pacta, & non secundum edicta monetaria iudicare debeat, & quod ideo ob hanc rationẽ Cameræ Imperialis Assessores ratione pacti conventi merito statuant, quod hoc casu nõ sępè iã allegata edicta monetaria, utpote in qui. hac parte per partiũ conventiones derogatũ est, sed ipsamet harũ cõventio attẽdẽda & ideo pronunciandũ sit, quod debit r creditori suo pecuniã in tali bonitate & valore, qualẽ contractus tẽpore debitori data vel ab eo promissa pecunia habuit, solvi debeat. Hoc inquã me nõ movet. Nã supra ostendi, quod illa pacta, quę iuri bonoq; publico derogant, valere vel in ullo iudicio locũ habere minime debeant. Simul quoq; ad nauseam usq; demonstravi, quod illis pactis, quibus cavetur, quod pecunia in alia, quam à legibus ei præscripta est, bonitate & valore dari accipive debeat, iuri bonoq; publico derogent Unde sequitur, quod eiusmodi

ſive expreſſa ſeu tacita pacta minimè valere vel in iudicio ullo locum habere debeant.

Neq; obſtat, quod tradit ſupra allegatus dn. D. Cotmann. d. vol. 1. reſpons. 34. n. 192. tantum ſcilicet ab eſſe, ut pactio ea, qua nummus in ſuo valore extrinſeco ſecundum publicam indicaturã tempore contractus ſic datur, ut idẽ valor reſtituatur, ſive nũmus creverit ſive decreverit, ut etiã vel maxime iuri publico ſit conſentanea. Nam ſi hic illã publicam pecuniæ indicaturã intelligit, quã leges monetariæ pecuniæ cuiq; ſuæ ſecundũ ſuã materiã ſtatuerunt, Itẽ, ſi incremento decrementoq; illo intelligit iſtud, quod à competente huius rei magiſtratu proficiſcitur, veriſſimũ eſt, ꝗ dicit, ſin verò illã indicaturã innuit, quę oritur ab aliis, quã quibus huius rei iurisdictio competit, non poſſũ autori huic aſſentiri! Oppono enim ei ſupra allegata Imperii edicta quod omnis pecuniæ materia, pondus & valor quę non autorẽ habent Imperatorẽ & Imperii ordines, debeant eſſe nullius momẽti, & quod etiã pacta deſuper facta tanquã publico bono noxia nihil valere debeant. Quod verò idem ille ibidem n. 194. dicit (quod ſcilicet publica indicatura per privatorum conventiones non improbetur, ſed tantummodo ſic conveniatur, ſi vel princeps, vel, quod idem ſit, uſus & curſus communis valorem impoſitium mutet, ut ſciatur quid quantũq; ſit, quod reſtitui debet) ad id reſpondeo, quod omnis ille, qui in alio valore ſeu indicatura pecuniã ſolvi cavit, quã à legibus Imperii ſancitũ

eſt

est, illum per hoc improbare legem monetarum publicam, qua expressè cavetur, quod nemo pecuniam secus dare accipere vel de ea aliter quoq; contrahere debeat, quam Recessus Imperii hoc permittunt. Illud quidem verum, est quod idẽ ille dn. D. Kothmannus n. 195. ait, quod ius publicũ, quatenus privatũ cõmodũ concernit, pactis privatorum iure mutari possit. Sed sub sumptio vacillat, nam si privatus quisque vel de materia vel valore pecuniæ paciscitur quid, quo est contra publicos de re monetaria latas leges, id non privatũ tantũmodo sed & publicũ quoq; concernit bonũ uti ex supra allegatis Imperii recessibus abundè cõstat. Unde eiusmodi quoq; pacta etiãsi maximè cõcernant cõmodũ privatũ, minimè valere debẽt.

Persevero itaq; ad huc constanter in ea sententia, quod illo casu, ubi quæritur, quanam pecunia debitum quodq; solvi debeat, simpliciter sit decernendum, quod illa pecunia id fieri debeat, quæ per omnia sua à legibus ipsi præscripta requisita iisdem sit conformis, sive inter partes aliud cautum fuerit sive non. Unde & supra dictos debitores eò condẽnandos esse puto, ut quos debent sexcẽtos & sexaginta florenos illos debitori solvere teneantur in tali quæ tam quoad bonitatẽ suam intrinsecam quam extrinsecam cæteraq; sua requisita Recessibus Imperii sit conformis.

At quæ, in quis, hæc esset summa iniquitas, si enim supradicti debitores quos dixisti florenos in tali pecunia, quæ non solũ quoad materiam verum

rum etiam quoad valorem esset Recessibus Imperij conformis, solvere cogerentur, nonne longè plus solvere cogerentur, quam antecessor eorum à creditore suo accepit. Verbi enim gratia, ab hoc illa accepit taleros eosq; in contractus temporo currente valore, nimirum singulum pro 23. batzijs. Iamsi illos in valore legibus Imperij eis imposito, nimirum singulum pro 17. batzijs, vicissim reddere teneretur, sanè ad constituendam supra dictam florenorum summam multò pluribus taleris opus haberet quam accepit. Quod quia iniquissimum est & omni iuri è diametro contrarium, ideo minime id concedendum, sed potius eorum sententia, quæ tantundem vult reddi quantum contractus tempore datum est, tanquam iuri æquitatiq; magis consentanea, est amplectenda. Verum respondeo, meam sententiam, si rectè ea percipiatur, non discrepare in minimo ab æquitate. Nam si illo casu, ubi generica pecunia debitum contractum est, constiterit, quod imperialis moneta contractus tempore in altiori quam leges admittunt valore volgo expendi solita fuerit, tunc investigandum est, quot tum ex monetis bonis Imperialibus secundum suum tunc currentem valorem date fortè debitori fuere. Harum Imperialium monetarum valorem, quia præter edictum Imperatoris & Ordinum ita expensus est, reducere debet iudex ad valorem Imperij & deinde decrenere, quod debitor hunc valorem creditori in bona & edictis Imperij per omnia

con-

conformi moneta reddere debeat. Exemplo res erit manifestior: notorium est, quod supradictorum contractum tempore vulgo valuerit talerus Imperialis 23. batzios, Iã investigandũ est, quot taleri tum temporis constituerint 660. florenos Spirenses: & quia calculus suggerit, quod 376. taleri 14. bacij ea tempestate effecerint illam quam dixi summam, ideo ne in Imperii leges peccemus, illi 376. taleri & 14 batzii reducendi sunt ad valorem à legibus ijs impositum & videndum quot secundum hunc ex ijs veniant floreni. Verbi caussa, talerus constitutionibus Imperij non amplius quam 17. batzios valere iubetur, quare 376 taleri Imperialis valent tantum 424. florenos Spirenses antiquos 2. Bz. 4. Pf. Hi itaq; una cum cessis cedendisq; deinde pensionibus creditori in dicta legibus Imperii per omnia conformi moneta adjudicandi sunt: Hac enim ratione nihil omninus & materiam & valorem quem contractus tempore creditor expendit, accipiet & iudex illas saluberrimas leges conscientiamq; suam sartas tectas præstiterit.

Sed quid, inquis, si constiterit, quod debitor creditos sibi nummos non imperiali sed in contractus tempore currente moneta usuali acceperit? Eo casu idem omninò teneo: vel, si id minus placet, in spiciendum puto, quantum argenti tum temporis currens moneta illa usualis habuit, & dicendum quod tantum argenti debitor creditori suo in bona Imperijq; legibus omninò conformi moneta solvere teneatur.

Neq;

Neq; his obstant rationes eorum, qui tradūnt quod omne debitum debeat solvi in solutionis tēpore currente pecunia & valore. Nam primum argumentum quod attinet, quod scilicet omnis pecunia, quæ eundē continet valorem, æquè bona sit, etiamsi non contineat æque bonam materiam Ein Heuriger Sechsbetzner sey eben/ so gut/ als ein Ferniger/ scilicet, weil er eben so woll an jetzo als vor 20. Jahren sechs Batzen gilt) id in scelerosissimorum illorum kipperorum Wipperorūq; gratiam & emolumentū boni verò publici extremū detrimentū effictā esse calumniā, iā supra satis evidentibus rationibus demonstratū est. Definiat mihi aliquis qui non est ex nequissima illa kipperorum familia vel ordine, quid sit revera Sexbetznerus vel florenus. Certè leges nostræ dicunt illos sic dici & nominari debere qui tantum argenti puri pondus continent quantum ipsi leges iniungunt. Lege sodes præter sepe allegatos iam Digestorum & Codicis titulos etiam Müntzordnung Anno dni. 1559. publicatum §. Zum ersten & §. §. seqq. ibi, solch stück soll durch das Reich ein Reichsgüldner genennet werden. Cum itaq; hodiè currentes illi betzneri ne dimidiam imò ne tertiam quidem partem illius, quæ à legib. ipsi imperata est, materiæ & ponderis habeāt, qua fronte ausus fueris ipsos betzneros, vel illos, qui ex ijs secundum suum valorem spurium componuntur, florenos florenos dicere? Si itaq; veram monetæ definitionem sequi, & pecuniam

unam

unam quamq; eiusdemq; valorem ſecundum electam eius materiam & autoritatem publicã conſiderare volueris, concedes, eos, qui hodiè à nebulonibus illis introducti ſunt, tres & ſexbetzneros, &, qui ex illis colliguntur, florenos nihilminus eſſe quã tres vel ſexbetzneros vel florenos, ſed quod autores eorum & divulgatores calumnioſiſſimo illo nomine inſipidam plebeculam miſerrimè & detrimentoſiſſimè ſupplantent.

Atq; hinc etiã apparet, quam verum ſit, quod ſupra dictum eſt, propterea ſcilicet, quod quantitas potiſſima pecuniæ eſt bonitas, eandem ſolam absq; materiæ reſpectu attendi debere. Si hoc de legitima non verò de kipperitia Wipperitiaq; illa quantitate ſeu valore intelligerent illi, pedibus ſanè ſtatim in ipſorum tranſilirem argumentũ, ſin verò ſpuriũ iſtũ valorẽ ſingnificatum velint, ignoſcent mihi, ſi apertè profiteor, apertiſſimum mendaciũ eſſe, dicere, quod hodierni tres & ſexbetzneri, & qui ex iis conſtruuntur, floreni ob eorum valorem æquè boni ſint, & creditori proficui, quam debitori veteres antiquæ & legalis bonitatis fuere betzneri, & inde conglutinati floreni. Autoritates, quas pro ſua opinione hac allegare ſolent, ſupra iam ſatis conciliavimus. Neq; bellum hodie, ſi viveret, nobis moveret allegatus Andreas Alciatus, qui tum vivebat, ubi nulla dum certa lex erat monetaria, ſed ſingulis ferme momentis unusquisq; magiſtratus modò meliorem, modò deteriorem cudere monetam: ob quas circumſtantias non

imme-

meritò statuit solutionem inteligi pomissam fuisse de moneta tempore solutionis currente, habito tamen semper respectu ad materiam contractus tempore currentis pecuniæ.

Quod autem dicitur illo casu, ubi prius bona moneta expendebatur, post nonnullum verò temporis intervallum edicto principis vel communi cuiusq; loci usu alia deterior introducatur pecunia, quod tunc debitor liberetur solvendo de illa nova pecunia, id quomodo accipi debeat, jam supra ex domini Minsingeri observat. 1. cent. 4. explicavimus, & ostendimus, quod quidem debita pecunia antiqua solvi possit in recenter introducta pecunia nova, respectu tamen habito ad materiam pecuniæ antiquæ.

Istud est valdè ridiculum argumentum, quo adversarij asserunt, quod in monetis imaginariis propterea non sit curanda materia, quod illius nulla sit existentia? quasi verò imaginaria pecunia propterea non existeret, quod nullum solidum, sed diversa, ex quibus componitur, habet corpora, si enim habet, unde sic cõponitur corpora, habet sanè existẽtiã Si habet existentiã, materiã quoq; habere necesse est Si materiã habet, sanè ea legalis sit necesse est, cũ nulla pecunia, quę revera pecunia est, illegalem admittat materiam. Et quæ esset hæc consequentia, pecunia, quam debeo est generica, & ideò ex diversis monetarum speciebus colligenda, ergo licet mihi eam solvere in omnis generis etiam quacunq; falsa & legibus prohibita

peeu-

pecunia. Fatuum hoc, imò fidiculis dignum argumentum, & præterea notandum est, quod in supra allegatis obligationum instrumentis disertè cavetur, quod ex iis, qui debitrici dati fuere, florenis singuli habuerint 15. batzios, & singuli batzij habuerint 14. pfenningos. Iam tot igitur batzios vel pfeñingos debitores pro unoquoq; vel floreno vel bacio reddere tenētur. At qualesnam? Non sane quales cōtractus tempore in usu fuere, neq; quales solutionis tempore. Utriq; enim edictis monetariis adversantur. Tales igitur bacii vel pfenningi sunt restituendi, quales sæpè allegata edicta monetaria requirunt Solche Pfenning/ deren sechshundert Dreissig sechs auff eine Cölnisch Marck gehen. Reichsabschiedt zu Speyr An. 1570. §. derhalben ob wol. Etenim quanquam alias verum sit & expediti iuris, quod mutuum reddi debeat ex bonitate, qua fuit tempore contractus, tamen sæpè jam dixi, id in pecunia minimè locum habere, sed eam in tali semper bonitate dari reddiq; & accipi debere, qualem leges ipsi, non verò hoc vel illud tempus locusve tribuit. Qui dicunt usum, in quo pecunia eiusdemq; valor tempore contractus fuit, non verò legum authoritatem hac in re advertendum esse, sæpe, quod miror, allegant Imperatorum nostrorum leges seu edicta monetaria, ita enim dn. D. Hillerus in supra allegato responso in refutatione tertiæ rationis dubitandi pag. mihi 70. leges & constitutiones, quæ pecuniæ certam materiam &

 pon-

pondus præſcribunt quæ adulteros eius puniunt; probat & affirmat æquum eſſe, ut illæ leges obſerventur, nec alterius materiæ vel ponderis moneta admittatur vel creditori obtrudatur. Sic & ille, qui de eiusdem dn. D. Hilleri reſponſo diſcurſus nonnullos Iurisprudentiæ praxeosq; cultoribus nuper communicavit (quiſquis eſt, præclaræ eſt doctrinæ homo & ideò eo nomine meritò magnifaciendus) in quæſtione illa, ubi de pecuniæ materia agitur, eaſdem citat leges & Imperij Receſſus, & eodem, quo ſupra relatam noſtram primam decidendi rationem munivimus, utitur argumento: Ait enim (p. 93. §. f.) debitorem pecuniam, quæ contra leges & Imperii conſtitutiones prohibitivas cuſa, aut quæ pro reproba declaratur, non teneri recipere. Viden præſtantiſſimum illum virum aperte approbare leges Imperij. ſed (quod miror) ubi de valore ex iiſdem Imperij legibus argumentari & dicere volueris, pecunia, quæ contra Imperij leges prohibitivas falſò exponitur, nō eſt admittenda; at pecunia cujuſmodi contractus tempore expendebatur, ſcōtra Imperij leges prohibitivas ita expendebatur; Ergo pro pecunia non eſt admittenda, neq; concedendum, ut tali modo ea expendatur. Uti videre eſt Im Müntzen edict, An. 1559. Publicirt §. wir Ordnen vnd wollen auch ferner. & §. welche aber dieß vbertretten./ vnd ſolchen Ducaten & §. welche aber dieß vbertretten/ vnnd ſolche Obgeſetzte Et Reichs abſchiedt An. 1570. Spiræ promulgatus ich diß auch nuhr Goldtgülden ibi, anderſt nicht

dann in Ihrem gesetzen Werth. Item Muntz proclama An. 1571. publicatus. ibi, vnd im H. Reich allein die Zugelassene Güldene vnd Silberne Muntz Sorten Gemüntzt vnd im kauffen vnd verkauffen oder andern Handlungen vnd Bezahlung in ihrē Vnderschiedlichen Gesetzten Werth geben vnd genommen werden soll. Ubi expreſsè graviq; pœna sancitur, quod nemo cujuscunq; sit Ordinis monetam imperialem in alio, quam ipsi à constitutionibus præscriptus est, valore dare accipereve debeat, sive id pacto, vel alio quocunq; modo faciat: si hoc inquam modo ex allegatis Imperii Receſſibus argumentatus fueris, non valere ibi dicent Receſſus illos Imperij, & ideo non neceſſum eſſe, in eo, quem ipsi pecuniæ cuiq; valorem præscribunt, sed in eo valore pecuniā dari accipiq; quem cuiusq; temporis & loci usus pecuniæ tribuit. Unde si moneta tēpore cōtractus in altiori fortè valore quā leges permittunt, data acceptaq; fuerit, id omnino a probandū, & dicendū eſſe ajunt, quod debitor, quos accepit nūmos in eodē valore in quo contractus tēpore fuere non vero quo à Constitutionib⁹ Imperii æstimati fuere, reddere debeat Hi ergo in pecunia legis materiam & pondus minimè vero valorē observari volunt. Materiā & pondus Cæsari & Ordinib⁹ relinqunt, valorē vero volgo tribuunt, verū quam plenū hoc sit periculi aliquoties ostendi Et obsecro vos, qui hanc opinionē aſſeritis, quidnā aliud agitis quā q summas adiuvetis calāitates, quæ oriuntur ex cōtemtu

 legum

legum monetariarum. Et quare claudicare vultis optimas leges, ut scilicet illic observari hic negligi debeant? Nonne æque falsa est moneta cuius valor falsus est, ac cuius materia vacillat.

Nonne erubescis, si Cæsar dicat, hi nummi in nullo omninò alio valore, quam quem ego statui, expendi debeant, tu verò in os ipsi obloquaris & dicas, non debent. Cæsar, illi nummi in illo, quem tu illis præscripsisti, sed in illo valore dari accipi quem kipperorũ Wipperorumq; senatus rogavis, quemq; deinde misera & parum prudens imminentisq; sibi fortunisq; suis infortunii male cauta plebecula usu approbavit? Ecquid inquam salva hæc fronte dici possint? Et non verò multò sanius esset, si uti constitutionum illarum materiam & pondus, ita quoq; valorem earundem constanter retinerent omnes Doctores consulti & judices.

Ita quidem ex kipperorum fautoribus nuper disputavit, 1. Ipsemet creditor in expendenda debitori pecunia non observavit constitutiones Imperii, Ergo mihi iam licet ipsum decipere falsa moneta. 2. Constitutiones monetariæ à nullo Imperii ordine observatæ sunt, sed unusquisq; cudit ad huc monetas multò quam constitutiones illæ requirunt, deteriores: Ergo & mihi licet cudere falsas monetas, & per eas imponere creditoribus meis. 3. totam rem ait monetariam consistere tantum in communi confinium populorum usu, à cuius nutu summus Princeps tanquam mini-

minister ab heri sui oculis pendere teneatur, item non posse certum, constans & perpetuum nummis precium ab ullo Christiano Principe assignari, nisi hoc communi omnium Europæ Principum consensu decernatur. Ergo licet mihi falsas pecunias cudere, & eas creditoribus meis pro bonis mihi creditis monetis refundere. 4. Quia constitutionum monetariarum observatio sit impossibilis, ideò stultum esset secundum eas dissolutiones obligationum seu contractuum æstimare seu iudicare. Meritò ergo cuiq; suum liberum arbitrium relinqui debet, in qua pecunia creditori suo solvere velit id, quod debet. 5. cũ año 1609. superior Rheni tractus minutiores deposuisset monetas, & secundum eas talerum 21. batziis æstimasset, Cameram Imperialem consentire in hoc noluisse, sed sensisse, expectandum esse, quid Cæsar hac de re statuerit; atq; hinc manifestum esse dicunt, quod neq; Camera constitutiones monetarias pro practicabilibus legibus habeat: imò notorium esse ajunt, quod Camerales, licet talerum, qui ipsis solarii loco penditur, in valore à constitutionibus Imperii ipsi tributo accipiant, in valore tamen prohibito eum vicissim expendant. Ergo & mihi licet creditori meo taleros in illo valore solvere. 6. In lege contractus dictum est, quod creditor debeat accipere talem pecuniam, qualis solutionis tempore in oppido nostro usitata fuerit. Ergo interea mihi licet scelestissimam pecuniam cudere & curare, ut ea in usum in op-

pido meo introducatur. & deinde absq; mora creditori solutio denuncietur. Neq; obstare ajunt, quod privatorum conventionibus non derogetur juri publico; hoc enim accipi debere ajunt, de dispositionibus per ipsas leges & constitutiones expressè prohibitis per L. 5. C. de. LL. & Schurpfiū consf. 15. n. 5. cent. 2. Gail. lib. 2. obs. 78. nu. 8. Deinde ipsum anno 1559. publicatum edictum monetarium §. die jetztgemeldte gemeine Reichs-Müntz approbare contrahentium circa monetas earundemq; valorem inita pacta. 7. Constitutiones ajunt monetarias propter contrarium usum jampridem esse sublatas, Ergo mihi licet falsam pecuniam cudere, & eam creditori pro bona, quam mihi credidit, moneta solvere. Usus enim, quem nos in oppido nostro in pecunia introduximus, autoritas multò est major, quàm universalia summi Principis edicta.

Hæc illa sunt præclari istius Kipperi de sæpè jam allegatis illis saluberrimis constitutionibus monetariis argumenta, quorum fatuitas quia notoria & evidens est, ideò in ea demonstranda non opus est, ut aliquid vel temporis vel operæ collocem. Miror meritò summam hominis illius malitiam & impudentiam non erubescentem à violatione legis ad violationem ejusdem argumentari, haud animadvertens, quantum periculi ex istiusmodi concludendi ratione sibi immineat. Si enim id valet, quod Titio propterea

ptcrea liceat esse adultero, quod Kipperorum, hic patronus est adulter, sanè vereor, ne toro hic suo magnum periculum creet. Meminisse etiam debebat, quod universalitas peccati neminem liberet à culpa: Inde enim rectius collegisset, se ab illis, quæ in sæpè allegatas constitutiones monetarias designari curavit, peccatis ꝓpterea nõ liberatũ iri, quod pleriq; leges illas negligant. Videt etiam ex ijs, quæ supra dixi, turpissimè se mentiri, quod tantummodo usus confinium populorum, non verò summi Principis autoritas & constitutiones in re monetaria valeat. Non mendacium hoc solum est, sed & sacrilegium crimenque læsæ Majestatis. Cæsar enim ratione Majestatis suæ sibi soli competere ait rei monetariæ curam. Contrà ille negat, hoc competere Cæsari, sed plus valere hac in re usum ait. Affirmat quoq; non posse certum, constans & perpetuum nũmis preciũ assignari, nisi hoc cõmuni omniũ Europæ Principum consensu decernatur. Contrà Imperatores universique Imperii Ordines in supra allegatis edictis asserunt, si orbis Romani cives pareãt legibus monetarijs, bene posse esse constans & perpetuũ ꝙ Imperator cuiq; pecuniæ præscripsit, preciũ. Et ridiculũ est argumentũ, quod dicunt, leges illas monetarias observatu esse impossibiles. Etenim ita quilibet fur, raptor, prædo, latro, adulter sua scelera excusare & dicere posset, leges sibi observatu esse impossibilis. Sed audi Imperatorẽ in Recessu Spirę An. 1570. promulgato §. Nebẽ

angehörten Articeln. ubi dicit Daß es ohne allen zweiffel sey / da mann nuhr der ordnung vnd edict im Müntzen vnnd bezahlen / wie sich gebühret / geleben wolt / das man sich dessen im Reich erfrewen mögen. Et in Recessu Ratisbonę An. 1576 publicato §. gemeinen anwesenden / & § seq. Imperator & Ordines Imperij ijs, qui impossibilitatem observationis legum monetariarum prætendebant, his verbis responderunt: das gemeldtes Müntz edict nicht allein Ehrbar vnd recht / sondern auch Zuerhaltung Gleichmessigkeit in Commercien / vnd zu Abstellung aller vervortheilung vñ Wucherlichen gesuchs bey den Müntzen / im außgeben vnd einnehmen / hoch nützlich vnnd nötig zu halten / auch wol ins Werck / da nuhr mit rechtem Ernst darzu gethan / allenthalben im Reich Zubringen / daß es Derowegen bey solchen Müntz edicten Fürgewendeter impossibiliter Vnverhindert Nochmals steht fest vnd Vnverbrüchlich verbleiben soll. Aut igitur vel Imperator, Imperijq; ordines, vel hic kipperorum Mecænas mentiuntur. Verum illud credibile non est. Ergo hoc verum esse necesse est. Suo quoque patronus hic se iugulat argumento, dum ait, Cameram Imperialem non approbasse illam quam superior Rheni tractus an. 1509. introduxit monetarum minutiorum devaluationem, sed censuisse, si Cæsar & ordines Imperii tale quid de monetis statuerit, quod tunc ijs sit parendum. Nonne vero hoc ipso Camera

Impe-

Imperialis, significavit, quod de re monetaria aliquid statuendi jus sive autoritas sit penes nullum alium, quam Cæsarem & ordines, & quod nulla, nisi ab his promulgata statuta monetaria aliquem obligent? Qua fronte ergò ille hinc consequi dicit, quod Camera Imperialis in ea sit sententia, quasi sæpè jam allegata Imperij edicta monetaria per prætensum contrarium huius vel illius loci, vel statutum vel usum oblitterata sublataq; fuerint. Quod autem Cameralibus exprobratur, quod monetas Imperiales in valore ipsis ab Imperio injuncto accipiant quidem ab ijs qui ipsis salaria sua solvunt, verum easdem deinde in usitato hodiè valore vicissim expendant, id satis argumenti non est, quod Camera Imperialis per hoc fateatur, quasi Recessus Imperii pro oblitteratis, contrarium verò hic in pecunia eiusdemq; valore vigentem usum pro vera lege habeat, & existimet, quod suus cuiq; loco in re monetaria introductus usus sit relinquendus. Imo, quia istiusmodi, quales hodiè scelestissimi illi kipperi introduxerũt, florenorum octo vel novem vix tantum argenti habent, quantum olim habuere decem & septem batzii Imperiales, quis vitio alicui verterit, vel in Imperii leges peccare illum dixerit, qui pro decem & septem legibus Imperii conformibus batziis reposcat hodiè octo vel pures florenos Kipperitios? Illud pro asylo habet causidicus ille, quod in lege contractus dictum est, quod debita pecunia in tali moneta & valore solvi debeat,

 quales

qualis ſolutionis tempore hic locorum in uſu fuerit. Verum ille calumnioſè admodum contractus legem iſtam de prohibito inq; fraudem creditorum imò in totius ſocietatis humanæ detrimentum à nequiſſimis illis kipperis introducto, uſu & valore monetario interpretatur, cum tamen manifeſtum ſit, quod pactum illud de legitimo hoc eſt de tali uſu & valore ſit accipiendum, qui ab eo, cui hoc iure competit, eſt introductus. Proinde, ſi Imperator & Ordines novum in pecunia introduxiſſent uſum, ſecundum illũ creditor vi pacti conventi pecuniam accipere teneretur, cum alias debitor teneretur talem pecuniam ſolvere, qualis contractus tẽpore in uſu fuit. Sed dem⁹, pactum iſtud de tali uſu monetario eſſe accipiendum, qualem hodiè Kipperorum nequitia introduxit, tamen quia notoriũ eſt, quod tale pactum ſit contra bonos mores & ius publicum, omnemq; æquitatem, ideò pro non adjecto habetur. Neq; obſtat, quod dicitur, cũ ſcilicet ius iſtud publicum per contrarium uſum ſit ſublatum, ideò id amplius per nullum pactum violari poteſt, Meras enim nugas eſſe, quę de abrogatione iſtius iuris prætenduntur, ex ſuperius dictis ſatis apparet, tum ipſemet, qui fabulam illam defendit, fatetur, quod regula illa (qua traditur, quod privatorum pactionibus vel diſpoſitionibus iura publica mutari non poſſint, ſed quod huiuſmodi conventiones, tanquam iuri contrariæ nullius ſint momenti) in illis tantũ caſibus locũ habeat, ubi

ubi ſcilicet per ipſas leges & conſtitutiones inita pacta expreſsè prohibentur. Cum ergo Imperij Receſſus omnia illa pacta & acta, quæ edictis monetarijs etiam in minimo derogant, quam ſeveriſſimè prohibeant, ideò ex ipſomet cauſidici illius principio ſequitur, quod pacta edictis monetariis derogantia nullius ſint momenti. Ait vero, quod ipſamet edicta monetaria contrahentibus concedant, ut de modo ſolutionis, verbi cauſa de genere monetæ, in quo ſolutio fieri debeat, paciſcantur. Nemo eſt, qui id negat. Sed monſtret mihi ille legem vel Receſſum ullum, qui probet illa pacta, quibus convenitur, quod deterior peuunia, quam leges requirunt, pro iuſta & legali pecunia ſolvi poſſit? Paragraphus, ille, quem ex monetario An. 1559. publicato edicto adverſarius in teſtimonium allegat, nihil aliud quam hoc diſponit, 1. quod ſcilicet illæ tantum, de quibus edictum illud loquitur, monetarum ſpecies, in commercijs & contractuum ſolutionibus locum habere debeant. 2. quod nemo ex ijs minutiorum monetarum ſpeciebus, quę minus, quam quinque crucigeros valent, plusquam 25. florenos accipere obligatus eſſe debeat. 3. quod de illis, qui ante edictum iſtud in uſu fuere nummis aureis refundendis initis pactis per edictum iſtud nihil derogatum eſſe debeat. 4. quod illa debita quæ ante edictum iſtud in nummis aureis ſolvi ſolita fuerint, etiam deinceps in nummis aureis ſolvi debeant. 5. quod etiã deinceps

ceps paciſci contrahentibus liceat, quod debitum in nummis aureis ſolvi debeat. Ne litera itaq; quidē in illo paragrapho eſt, unde deprehendi poſſet, quod paciſci contrahentibus liceat, ut poſt edictum illud contracta debita in deteriori, quam edictum iſtud permittit, moneta ſolvatur.

Sed & illa conſequentia valdè eſt futilis, qua affirmatur, quod debitori ideò liceat creditori ſuo vel de minutiori tempore ſolutionis currentē moneta, vel degroſſiori ad valorem tempore pariter ſolutionis currentem ſolvere, quod generica pecunia contractum celebrantes non reſpiciant ad certa aliqua vel groſſiorum vel minunutiorum corpora. Futilis inquam hæc eſt conſequentia. Licet enim contrahentes non reſpexerint ad certa monetarum corpora ſeu ſpecies, negari tamen non poteſt, quod reſpexerint ad legalem, & talem omninò pecuniam, qualis contractus tempore in uſu fuit. Porrò quo contrahentes in ipſo contractus momento reſpexerunt, illud pro cauto habetur & debitor ſolvere tenetur.

Quod autem dicunt, quod illo caſu (ubi pecunia, cum qua contractus olim celebratus fuit, evanuit, adeò, ut nuſquam amplius appareat, vel non niſi difficillimo ſumptu inveſtigari comparariq; queat) moneta pro moneta etiam argentea pro aurea, & pro argentea alia argentea etiam ære contaminata ſolvi rectè poſſit, modò eiuſdem hæc ſit precii, ſeu valoris, cuius antiqua olim fuit pecu-

pecunia, ad id iam ſupra reſpondi & demonſtravi, quod quidem in præmemorato caſu ſolutionis tempore currens pecunia ſolvi poſſit, verum hoc pacto, ut tot nummi de iſta currenti pecunia creditori ſolvi debeat, quot eorum tantum materiæ creditori exhibeant, quantum habuit illa pecunia, quæ contractus tempore debitori data, vel ab eo debitori promiſſa fuit.

Neq; debitorem quicquam iuvat allegata generaliſſima conſuetudo illa, qua ſcilicet receptum eſſe aiunt, ut pecunia aurea pro argentea, &vice verſa argentea pro aurea, vel pro argentea, alia argentea etiam ære contaminata, ſolvi poſſit, ſi modo ſit eiuſdem, cujus prior fuit moneta valoris. Talis enim conſuetudo ut alijs in locis uſu recepta ſit, hoc tamen in loco minimè, ſed uti ex innummeris Cameræ Imperialis curiæq; huius oppidanæ præiudicijs manifeſtum eſt, contrarium potius & nimirum hoc obſervatur, quod debitor creditori talem omnino pecuniam ſolvere cogatur, quæ tam intrinſecam quam extrinſecam illam bonitatem contineat, quam contractus tempore currens pecunia continebat.

Deinde Doctores illi, qui conſuetudinem illam allegant, tantum de conſuetudine dependente à benignitate & civilitate contrahentium loquuntur, & affirmant, quod illa conſuetudo ex hac partium humanitate non verò ex neceſſitate proceſſerit, & quod ideò creditorem nullum obliget, niſi in his caſibus, ubi creditoris nihil intereſt,

curus, id tunc locum non habet, si vel jura, vel pactum aliquem ad contrarium istud obligant. Quare cum iura tacitaq; partium conventio creditorem nostrum etiam ad ejus, quod petit, contrarium obligent, h. e. cum iura & tacita partium conventio in illo casu, ubi post celebratum contractum pecuniæ illius, cum qua celebratus contractus fuit, materia deteriorata forte vel valor deminutus fuisset, creditorem coëgissent, ut talis materiæ & valoris pecuniam, qualis fuit illa moneta, cum qua contractus celebratus fuit, reciperet: Ideò hinc sequitur, quod supradicta regula hoc casu locum non habeat. Uti hanc argumenti hujus solutionem suggerit Glossa in d. L. pen. C. De solut.

Sed & octavum, quo nostram decisionem antagonistæ oppugnant, argumentum opus habet explicatione. Dicunt ibi, quod quilibet teneatur pecuniam accipere secundum æstimationem taxatam a Principe. Iam vero hic primum advertendum est, quod in orbe Romano res se monetaria multo aliter habeat, quam quod in ea sola Principis autoritas locum habere debeat. Ibi enim non solum Principis seu Cæsaris sed & universorum Imperij Ordinum autoritas ad constituendam pecuniæ materiam & valorem requiritur & statuitur, quod nemo alterius materiæ & valoris seu taxæ pecuniam quam a dictis modo Cæsare & Ordinibus ordinata est, accipere teneri debeat. Deinde etiam istud hic attendas, quod

etiamsi

etiamsi contingat, ut ij, penes quos est rei monetariæ in Imperio constituendæ potestas, de eadem novi aliquid statuant, & antiquæ pecuniæ vel materiam vel valorem deteriorem seu meliorem præscribant, quod id tantum respiciat negocia & contractus futuros non verò præteritos. L. Leges. C. De legib. & constitut. Hinc enim sequitur, primò, quia scilicet illa, quæ hodiè heic currit & creditori offertur, tam grossior quam minutior pecunia ab alio quàm à Cæsare & Imperii Ordinibus est introducta & taxata, quod ideò creditor noster eam accipere non teneatur. Secũdò, quia scilicet nostri, de quib. heic loquimur, contractus longè ante celebrati fuere, quàm hodierna illa moneta prava minutior antiquæq; pecuniæ valor auctior est introducta, quod ideò, etiamsi vel Cæsar ipsimetque Imperii ordines, vel, si hoc ei jus competeret, loci huius magistratus seu populi usus communis talem pecuniam & valorem novum introduxissent & juxtà statuissent, quod in tali pecunia & valore debita solvi cæteraque commercia peragi debeant, quod tamen hoc non ad præteritos, sed tantummodò ad futuros contractus & obligationes pertineat. Et per consequens, quod veteres obligationes secundum illas leges seu consuetudines veteres, sub quibus contractæ sunt, solvi iterum debeant, præsertim si non satis clarè appareat, quod contrahentes ad Leges seu consuetudines tempore solutionis futuras respexerint. d. L. 7. C. De LL.

 Atque

pido meo introducatur, & deinde absq; mora creditori solutio denuncietur. Neq; obstare ajunt, quod privatorum conventionibus non derogetur juri publico; hoc enim accipi debere ajunt, de dispositionibus per ipsas leges & constitutiones expressè prohibitis per L. 5. C. de LL. & Schurpfiū cons. 15. n. 5. cent. 2. Gail. lib. 2. obs. 78. nu. 8. Deinde ipsum anno 1559. publicatum edictum monetarium §. Die jetztgemeldte gemeine Reichs-Müntz approbare contrahentium circa monetas earundemq; valorem inita pacta. 7. Constitutiones ajunt monetarias propter contrarium usum jampridem esse sublatas, Ergo mihi licet falsam pecuniam cudere, & eam creditori pro bona, quam mihi credidit, moneta solvere. Usus enim, quem nos in oppido nostro in pecunia introduximus, autoritas multò est major, quàm universalia summi Principis edicta.

Hæc illa sunt præclari istius Kipperi de sæpè jam allegatis illis saluberrimis constitutionibus monetariis argumenta, quorum fatuitas quia notoria & evidens est, ideò in ea demonstranda non opus est, ut aliquid vel temporis vel operæ collocem. Miror meritò summam hominis illius malitiam & impudentiam non erubescentem à violatione legis ad violationem ejusdem argumentari, haud animadvertens, quantum periculi ex istiusmodi concludendi ratione sibi immineat. Si enim id valet, quod Titio propterea

ptere a liceat esse adultero, quod Kipperorum, hic patronus est adulter, sanè vereor, ne toro hic suo magnum periculum creet. Meminisse etiam debebat, quod universalitas peccati neminem liberet à culpa: Inde enim rectius collegisset, se ab illis, quæ in sæpè allegatas constitutiones monetarias designari curavit, peccatis ꝓpterea nō liberatū iri, quod pleriq; leges illas negligant. Videt etiam ex ijs, quæ supra dixi, turpissimè se mentiri, quod tantummodo usus confinium populorum, non verò summi Principis autoritas & constitutiones in re monetaria valeat. Non mendacium hoc solum est, sed & sacrilegium crimenque læsæ Majestatis. Cæsar enim ratione Majestatis suæ sibi soli competere ait rei monetariæ curam. Contrà ille negat, hoc competere Cæsari, sed plus valere hac in re usum ait. Affirmat quoq; non posse certum, constans & perpetuum nūmis preciū assignari, nisi hoc cōmuni omniū Europæ Principum consensu decernatur. Contrà Imperatores universique Imperii Ordines in supra allegatis edictis asserunt, si orbis Romani cives pareāt legibus monetarijs, bene posse esse constans & perpetuū ꝙ Imperator cuiq; pecuniæ præscripsit, preciū. Et ridiculū est argumentū, quod dicunt, leges illas monetarias observatu esse impossibiles. Etenim ita quilibet fur, raptor, prædo, latro, adulter sua scelera excusare & dicere posset, leges sibi observatu esse impossibilis. Sed audi Imperatorē in Recessu Spirę An. 1570. promulgato §. Nebē

angehörten Articeln. ubi dicit Daß es ohne allen zweiffel sey / da mann nuhr der ordnung vnd edict im Müntzen vnnd bezahlen / wie sich gebühret / geleben wolt / das man sich dessen im Reich erfrewen mögen. Et in Recessu Ratisbone An. 1576 publicato §. gemeinen anwesenden / & § seq. Imperator & Ordines Imperij ijs, qui impossibilitatem observationis legum monetariarum prætendebant, his verbis responderunt: das gemeldtes Müntz edict nicht allein Ehrbar vnd recht / sondern auch Zuerhaltung Gleichmeßigkeit in Commercien / vnd zu Abstellung aller vervortheilung vñ Wucherlichen gesuchs bey den Müntzen / im außgeben vnd einnehmen / hoch nützlich vnnd nötig zu halten / auch wol ins Werck / da nuhr mit rechtem Ernst darzu gethan / allenthalben im Reich Zubringen / daß es Derowegen bey solchen Müntz edicten Fürgewendeter impossibiliter Vnverhindert Nochmals steht fest vnd Vnverbrüchlich verbleiben soll. Aut igitur vel Imperator, Imperijq; ordines, vel hic kipperorum Mecænas mentiuntur. Verum illud credibile non est. Ergo hoc verum esse necesse est. Suo quoque patronus hic se iugulat argumento, dum ait, Cameram Imperialem non approbasse illam quam superior Rheni tractus an. 1509. introduxit monetarum minutiorum devaluationem, sed censuisse si Cæsar & ordines Imperii tale quid de monetis statuerit, quod tunc ijs sit parendum. Nonne vero hoc ipso Camera

Impe-

Imperialis, significavit, quod de re monetaria aliā quid statuendi jus sive autoritas sit penes nullum alium, quam Cæsarem & ordines, & quod nulla, nisi ab his promulgata statuta monetaria aliquem obligent? Qua fronte ergò ille hinc consequi dicit, quod Camera Imperialis in ea sit sententia, quasi sæpè jam allegata Imperij edicta monetaria per prætensum contrarium huius vel illius loci, vel statutum vel usum oblitterata sublataq; fuerint. Quod autem Cameralibus exprobratur, quod monetas Imperiales in valore ipsis ab Imperio injuncto accipiant quidem ab ijs qui ipsis salaria sua solvunt, verum eosdem deinde in usitato hodiè valore vicissim expendant, id satis argumenti non est, quod Camera Imperialis per hoc fateatur, quasi Recessus Imperii pro oblitteratis, contrarium verò hic in pecunia eiusdemq; valore vigentem usum pro vera lege habeat, & existimet, quod suus cuiq; loco in re monetaria introductus usus sit relinquendus. Imo, quia istiusmodi, quales hodiè scelestissimi illi kipperi introduxerũt, florenorum octo vel novem vix tantum argenti habent, quantum olim habuere decem & septem batzii Imperiales, quis vitio alicui verterit, vel in Imperii leges peccare illum dixerit, qui pro decem & septem legibus Imperii conformibus baciis reposcat hodiè octo vel pures florenos Kipperitios? Illud pro asylo habet causidicus ille, quod in lege contractus dictum est, quod debita pecunia in tali moneta & valore solvi debeat,

 quales

qualis ſolutionis tempore hic locorum in uſu fuerit. Verum ille calumnioſè admodum contractus legem iſtam de prohibito inq; fraudem creditorum imò in totius ſocietatis humanæ detrimentum à nequiſſimis illis kipperis introducto uſu & valore monetario interpretatur, cum tamen manifeſtum ſit, quod pactum illud de legitimo hoc eſt de tali uſu & valore ſit accipiendum, qui ab eo, cui hoc iure competit, eſt introductus. Proinde, ſi Imperator & Ordines novum in pecunia introduxiſſent uſum, ſecundum illũ creditor vi pacti conventi pecuniam accipere teneretur, cum alias debitor teneretur talem pecuniam ſolvere, qualis contractus tẽpore in uſu fuit. Sed dem⁹, pactum iſtud de tali uſu monetario eſſe accipiendum, qualem hodiè Kipperorum nequitia introduxit, tamen quia notoriũ eſt, quod tale pactum ſit contra bonos mores & ius publicum, omnemq; æquitatem, ideò pro non adjecto habetur. Neq; obſtat, quod dicitur, cũ ſcilicet ius iſtud publicum per contrarium uſum ſit ſublatum, ideò id amplius per nullum pactum violari poteſt, Meras enim nugas eſſe, quę de abrogatione iſtius iuris prætenduntur, ex ſuperius dictis ſatis apparet, tum ipſemet, qui fabulam illam defendit, fatetur, quod regula illa (qua traditur, quod privatorum pactionibus vel diſpoſitionibus iura publica mutari non poſſint, ſed quod huiuſmodi conventiones, tanquam iuri contrariæ nullius ſint momenti) in illis tantũ caſibus locũ habeat,

ubi

ubi scilicet per ipsas leges & constitutiones inita pacta expresse prohibentur. Cum ergo Imperij Recessus omnia illa pacta & acta, quæ edictis monetarijs etiam in minimo derogant, quam severissime prohibeant, ideò ex ipsomet causidici illius principio sequitur, quod pacta edictis monetariis derogantia nullius sint momenti. Ait vero, quod ipsamet edicta monetaria contrahentibus concedant, ut de modo solutionis, verbi causa de genere monetæ, in quo solutio fieri debeat, paciscantur. Nemo est, qui id negat. Sed monstret mihi ille legem vel Recessum ullum, qui probet illa pacta, quibus convenitur, quod deterior peuunia, quam leges requirunt, pro iusta & legali pecunia solvi possit? Paragraphus, ille, quem ex monetario An. 1559. publicato edicto adversarius in testimonium allegat, nihil aliud quam hoc disponit, 1. quod scilicet illæ tantum, de quibus edictum illud loquitur, monetarum species, in commercijs & contractuum solutionibus locum habere debeant. 2. quod nemo ex ijs minutiorum monetarum speciebus, quęminus, quam quinque crucigeros val ent, plusquam 25. florenos accipere obligatus esse debeat. 3. quod de illis, qui ante edictum istud in usu fuere nummis aureis refundendis initis pactis per edictum istud nihil derogatum esse debeat. 4. quod illa debita quæ ante edictum istud in nummis aureis solvi solita fuerint, etiam deinceps in nummis aureis solvi debeant. 5. quod etiã deinceps

ceps pacisci contrahentibus liceat, quod debitum in nummis aureis solvi debeat. Ne litera itaq; quidē in illo paragrapho est, unde deprehendi posset, quod pacisci contrahentibus liceat, ut post edictum illud contracta debita in deteriori, quam edictum istud permittit, moneta solvatur.

Sed & illa consequentia valdè est futilis, qua affirmatur, quod debitori ideò liceat creditori suo vel de minutiori tempore solutionis currentē moneta, vel degrossiori ad valorem tempore pariter solutionis currentem solvere, quod generica pecunia contractum celebrantes non respiciant ad certa aliqua vel grossiorum vel minunutiorum corpora. Futilis inquam hæc est consequentia. Licet enim contrahentes non respexerint ad certa monetarum corpora seu species, negari tamen non potest, quod respexerint ad legalem, & talem omninò pecuniam, qualis contractus tempore in usu fuit. Porrò quo contrahentes in ipso contractus momento respexerunt, illud pro cauto habetur & debitor solvere tenetur.

Quod autem dicunt, quod illo casu (ubi pecunia, cum qua contractus olim celebratus fuit, evanuit, adeò, ut nusquam amplius appareat, vel non nisi difficillimo sumptu investigari comparariq; queat) moneta pro moneta etiam argentea pro aurea, & pro argentea alia argentea etiam ære contaminata solvi rectè possit, modò eiusdem hæc sit precii, seu valoris, cuius antiqua olim fuit

pecu-

pecunia, ad id iam supra respondi & demonstravi, quod quidem in præmemorato casu solutionis tempore currens pecunia solvi possit, verum hoc pacto, ut tot nummi de ista currenti pecunia creditori solvi debeat, quot eorum tantum materiæ creditori exhibeant, quantum habuit illa pecunia, quæ contractus tempore debitori data, vel ab eo debitori promissa fuit.

Neq; debitorem quicquam iuvat allegata generalissima consuetudo illa, qua scilicet receptum esse aiunt, ut pecunia aurea pro argentea, & vice versa argentea pro aurea, vel pro argentea, alia argentea etiam ære contaminata, solvi possit, si modo sit eiusdem, cujus prior fuit moneta valoris. Talis enim consuetudo ut alijs in locis usu recepta sit, hoc tamen in loco minimè, sed uti ex innummeris Cameræ Imperialis curiæq; huius oppidanæ præiudicijs manifestum est, contrarium potius & nimirum hoc observatur, quod debitor creditori talem omnino pecuniam solvere cogatur, quæ tam intrinsecam quam extrinsecam illam bonitatem contineat, quam contractus tempore currens pecunia continebat.

Deinde Doctores illi, qui consuetudinem illam allegant, tantum de consuetudine dependente à benignitate & civilitate contrahentium loquuntur, & affirmant, quod illa consuetudo ex hac partium humanitate non verò ex necessitate processerit, & quod ideò creditorem nullum obliget, nisi in his casibus, ubi creditoris nihil interest,

tereſt, uti pulcrè ait Molinæus de contract. uſur. & commerc. q. 92. n. 708. & 706. Et ideò frivolum (inquit Iohan. Guitierretz lib. 2. quæſt. civil. q. 179. n. 2.) eſt, quod comminiſcuntur adverſarii de allegata cõſuetudine, quia Doctores, qui ea aſſerunt, non dicunt, ſolitam fieri ſolutionem in qualibet moneta invito debitore, ſed quod communiter ſoleat recipi in qualibet proba moneta, id quod conſuetudinẽ non arguat, ſed merã facti cõtingentiam, quæ vel ex mera creditorũ civilitate accidere poteſt. vel affectu & cõpendio præſentis qualiscũq; ſolutionis, metuq; ne debitor alioquin poſtea fruſtretur, vel etiam mero iure, ex quo tum fortè non intererat creditoris in priori moneta ſolvi, ut in L. Paulus. De ſolut. ex quibus quantocunq; tempore nulla poteſt inferri conſuetudo. Tertio etiamſi allegata conſuetudo hic obtineret, ea tamen ita intelligi debet, ne creditor ſentiat inde aliquod damnum. Conſult. Saxon. tom. 3. part. 1. q. 23. n. 8. in f. Nam ſtatuta & conſuetudines debent interpretari ſecundum ius commune: Iam verò hoc non admittit ſolutionem cum damno alterius. d. l. Paulus. & Menoch. conſil. 138. n. 4. Brunus in tractat. De monet. 2. Præſupp. n. 5. in f. Reichs Müntz edict de Anno. 1559. §. dieſe Jetz Gemeldte Sorten/ Quia itaq; ex ſupra recitatis dubitandi rationibus ſatis liquidum eſt, quod creditor maximo afficeretur damno, ſi deterioris ipſi materiæ & valoris pecunia ſolvatur, quam fuit illa, cum qua contra-

ctus

ctus olim celebratus fuit, Ideo supra allegata consuetudo ita accipi non potest, quod scilicet debitori ea concedat, ut hic creditori deteriorem pecuniam solvat pro meliori. Deniq; notum est, consuetudinem seu mores irrationabiles, & quæ in boni publici& proximi fraudem & detrimentũ vergit, minimè esse admittendã, multò minus secundum eam iudicandum. Iam supra ostendi, quod illa consuetudo, per quàm conceditur debitori quam debet genericam pecuniam in quavis, etiamdeteriori, quam cum qua contractus celebratus fuit, pecunia solvere, non solum in proximi, sed & universi boni publici fraudem & detrimentum vergere: Ergo sequitur, quod talis consuetudo non sit admittenda, neq; magis quam illa consuetudo sit probanda, per quam debitori indulgetur, ut creditori pro iusta integraq; mensura reddat ei vel dimidiam, vel quartam etiam integræ mensuræ partem.

Neque obstat, quod sextò nobis obijcitur, quasi scilicet pecunia, quæ eundem continet valorem, etiam eundem creditori præbeat usum & utilitatem, licet materia sit aliqanto deterior, & quod ideò creditor ex tali ipsireddita pecunia nullum damnum pati possit. Id enim falsissimum esse sole clarius apparet ex supra relatis quinta & sexta decidendi rationibus, quo brevitatis ergo me remitto.

Quod autem septimo dicitur, neminem postulare debere id, cuius contrarium non esset petiturus.

gnus, id tunc locum non habet, si vel jura, vel pactum aliquem ad contrarium istud obligant. Quare cum iura tacitaq; partium conventio creditorem nostrum etiam ad ejus, quod petit, contrarium obligent, h. e. cum iura & tacita partium conventio in illo casu, ubi post celebratum contractum pecuniæ illius, cum qua celebratus contractus fuit, materia deteriorata forte vel valor deminutus fuisset, creditorem coëgissent, ut talis materiæ & valoris pecuniam, qualis fuit illa moneta, cum qua contractus celebratus fuit, reciperet: Ideò hinc sequitur, quod supradicta regula hoc casu locum non habeat. Uti hanc argumenti huius solutionem suggerit Glossa in d. L. pen. C. De solut.

Sed & octavum, quo nostram decisionem antagonistæ oppugnant, argumentum opus habet explicatione. Dicunt ibi, quod quilibet teneatur pecuniam accipere secundum æstimationem taxatam à Principe. Iam vero hic primum advertendum est, quod in orbe Romano res se monetaria multò aliter habeat, quam quod in ea sola Principis autoritas locum habere debeat. Ibi enim non solum Principis seu Cesaris sed & universorum Imperij Ordinum autoritas ad constituendam pecuniæ materiam & valorem requiritur & statuitur, quod nemo alterius materiæ & valoris seu taxæ pecuniam quam a dictis modo Cæsare & Ordinibus ordinata est, accipere teneri debeat. Deinde etiam istud hic attendas, quod

etiamsi

etiamsi contingat, ut ij, penes quos est rei monetariæ in Imperio constituendæ potestas, de eadem novi aliquid statuant, & antiquæ pecuniæ vel materiam vel valorem deteriorem seu meliorem præscribant, quod id tantum respiciat negocia & contractus futuros non verò præteritos. L. Leges. C. De legib. & constitut. Hinc enim sequitur, primò, quia scilicet illa, quæ hodiè heic currit & creditori offertur, tam grossior quam minutior pecunia ab alio quàm à Cæsare & Imperii Ordinibus est introducta & taxata, quod ideò creditor noster eam accipere non teneatur. Secũdò, quia scilicet nostri, de quib. heic loquimur, contractus longè ante celebrati fuere, quàm hodierna illa moneta prava minutior antiquæq; pecuniæ valor auctior est introducta, quod ideò, etiamsi vel Cæsar ipsimetque Imperii ordines, vel, si hoc ei jus competeret, loci huius magistratus seu populi usus communis talem pecuniam & valorem novum introduxissent & juxtà statuissent, quod in tali pecunia & valore debita solvi cæteraque commercia peragi debeant, quod tamen hoc non ad præteritos, sed tantummodò ad futuros contractus & obligationes pertineat. Et per consequens, quod veteres obligationes secundum illas leges seu consuetudines veteres, sub quibus contractæ sunt, solvi iterum debeant, præsertim si non satis clarè appareat, quod contrahentes ad Leges seu consuetudines tempore solutionis futuras respexerint. d. L. 7. C. De LL.

 Atque

Atq; hinc facilè explicari quoq; potest, quod nono obiiciebatur, cum scilicet creditor hoc ius in alios statuerit, ut pecuniam grossiorum secundum modernam taxam accipiant, quod ideo ipsemet eodem hoc quoq; hoc iure uti & quam dixi pecuniam grossiorem secundum hodiernam taxam accipere teneatur. Nam id statutum secundum omnium legum naturam de futuris tantum negociis & contractibus & promissis solutionibus promulgatū, & proinde verū est, quod creditor noster in promulgatū istud statutū insecutis deinceps obligationibus æquè ac alii grossiorem monetam secundum eam taxam, quam ipsemet una cum cæteris suis collegis ei statuit, accipere teneatur. Quod vero debitores hinc ad illas etiā, quas ante statutum istud creditori promiserunt, obligationes argumentari & dici posse credunt, quod etiā illæ ante præfatum statutū promissæ solutiones in tali pecunia & taxa, quam modo dictū statutum [illegible] solvi debeat, id erroneum & contra mentē Legislatoris esse testantur Imperatores nostri in supra allegata *L. 3. C. De LL.*

¶ Quod vero decimo opponitur, quasi scilicet Doctores nonnulli atq; in his etiā Mynsingerus in ea sint sententia, quasi scilicet monetæ, quod post celebratum contractum illa accepit, augmētum vel decrementum pertinere debeat ad debitorē; id quoad Mynsingerū falsū est. Ex allegata enim eius observatione manifestè apparet, ipsum hoc dicere, quod debitæ pecuniæ incrementum & decre-

mentum pertinere debeat ad creditorem, non ad debitorem. Ait enim, quod in illo casu (ubi de pecuniæ duplici, & nimirum illo, quem ea contractus olim tẽpore habuit, & illo, quem iã solutionis tempore obtinet, valore litigatur & quæritur à iudice, in utro valore debitor pecuniã illam debeat solvere) post multã Doctorũ disputationem frequentius obtinuerit, quod valor sit à tempore contractus, & non à tempore solutionis inspiciẽdus, sive ille creverit sive decreverit. Quid vero hoc aliud est, quã quod debitor illos nũmos, quorum valor post contractũ creverit, debeat in tali valore solvere, quẽ contractus ille tẽpore habuere. Unde si valor eorum creverit, augmentum hoc detrahere debitor non potest, si decreverit, id supplere minime tenetur, nisi pecuniæ istius materia mutata debiliorq; forte facta fuerit, tunc enim, ut ait idem Mynsingerus, creditor talẽ mutatam debilitatamq; pecuniam accipere non tenetur, nisi eam ipsi debitor refuderit ad valorẽ, hoc est, uti ipsemet se paulò post explicat, ad intrinsecã bonitatem, quam contractus tempore currens pecunia habuit. Atque idem omninò tradit Gail. Lib. 2. obs. 73. n. 3. ait enim quod valor monetæ considerandus & inspiciendus sit à contractus non vero à solutionis tempore; vel, ut aliquantò significantius n. 4. loquitur, quod is valore sit attendendus, quẽ moneta contractus & non solutionis tempore habuit. Malè itaque nonnulli duos hos egregios viros insimulant, quasi hac de

quæstione contraria statuerint. Neque illi veram instant viam, qui tradunt, tunc, quando Doctores dicunt, tempus contractus inspici vel considerari debere, debitoris commodum vel incommodu esse, & quod ideò debitori liceat augmentum & decrementum, quod debitæ monetæ post tempus contractus contigit, vel decurtare vel supplere teneatur. *Ernest. Cothman. cons. 34. n. 111. 112. 113. & seqq.* Hi inquam non rectam ambulant semitam. Si enim augmentum vel decrementum, quod post contractum debitis nummis accessit, decurtaretur vel etiã suppleretur nũmus, nõ secundũ cõtractus sed secundũ solutionis tempus consideraretur. Verum hoc jura & æquitatem minimè concedere & Mynsingerus & Gail. & quos præterea hi allegant Doctores, imò ipsa Camera Imperialis affirmant. Aiunt enim, si mutata fortè est moneta, & debilior facta, quod tunc vel eiusmodi nummi solvi debeant, quales contractus tempore in usu fuere, vel, si hi amplius in promptu non sint, tot ex debilitatis novis, quot eorum veterum numorum bonitatem intrinsecam creditori exhibeant. Unde manifeste vides, quod hi Doctores expresse statuant, quod non valor tantum sed integra, pecunia secundum contractus tempus considerari, & qui interea ei accessit valor creditoris esse debeat. Qui enim tot debilitatos nummos accipit, quot eorum veterũ bonorum nummorũ intrinsecam bonitatẽ exæquant, haud dubiè multò plures nũmos atq; adeo majorem valorem accipit, quam expendit. Ex ex

exẽplo assertionis huius veritatẽ penitius videbis. Supra nominati debitores volunt creditori, quos huic debent, sexcentos & sexaginta florenos in grossioribus & novis illis minutioribus monetarũ speciebus solvere; jam verò litigatur, in quo valore debitores grossiorem & quomodo debilitatam minutiorem illam monetã solvere teneantur. quod ad grossiores monetas attinet, creditor ait, se nõ teneri eos in hodierno valore accipere, sed debitorẽ teneri eos solvere in cõtractus tẽpore usitato valore. Deinde, quoad hodiernas monetas minutiores debilitatas, creditor se teneri negat, ut ex iis tot accipiat, quot eorũ secundum suũ hodiernum valorem debitos sibi 666. florenos constituunt: Debitores vero id affirmant. Iam, si de prima illa quæstione, ubi scilicet quæritur, in quo valore antiquæ obligationis debitor teneatur hodiè grossiorem monetam solvere, consulueris Gailium & Mynsingerum, si inquam quæsiveris Cameræ Imperialis Iudicem & eiusdem Assessores, dicent, inspiciendum esse tempus contractus, & videndum, in quo valore ille, de quo quæritur, nummus tunc fuerit; atque in hoc ipsum solutionis tempore solvendũ esse, respondebunt nõ attento, quod valor eius hodie fortè creverit vel decreverit. Sed & de debilitata pecunia illa hodierna minutiori iidem diserte respondent, quod creditor non teneatur in ea sexcentos suos florenos recipere, sed quod debitor potius creditori vel tot integros tempore contractus

 usita-

usitatos nummos antiquos, quot eorum contractus tempore debitam summam constituebant, vel si hi haberi amplius nequeunt, tot ex usualibus tempore solutionis currentibus nummis, quot eorum intrinsecum prioris integræ monetæ valorem seu bonitatē creditori repræsentent, licet hi secundū suū tempore solutionis currentem valorem multo plures faciant forte florenos, quam contractus tempore dati nummi faciebant.

Neq; me movet, quod in dicta Mynsingeri observatione illa prima expressè dicitur, quod scilicet debitor hoc casu pecuniæ accessorium deducere possit, decrementum verò supplere teneatur. Nam supra jam ostendi, quod hoc non sit Mynsingeri genuina, sed post obitū eius observationi illi impertinentissime immixta opinio. Neque illud alicuius momenti est, quod aiunt, allegatos Gailium & Mynsingerum & ab iisdē citatos textus & Doctores tantum de illo casu (ubi scilicet certæ in contractu expressæ promissæq; sunt monetarū species) loqui & velle, quod tunc vel istæ promissæ species, vel, si illæ amplius nō extant, pro iis alia pecunia, quæ tantū, quantū illæ contractus tēpore promissæ species habuere, contineant materiæ, solvi iterum debeant. Verū hoc minimè obtinere aiunt in illo casu, ubi nullæ certæ in contractu expressæ promissæq; sunt monetarū species, sed generica tantū pecuniæ obligatio celebrata est. Hoc enim casu iuris esse dicunt, quod istiusmodi pecuniam per quasvis pecuniæ species, quæ solutionis tempore currit & valorem habent,

quem contractus tempore data pecunia continebat, licet illarū quam huius materia longè sit deterior. Francis. Crucifissi in d. allegationibus in confutatione primæ rationis dubitandi. p. mihi 29. Hoc inquam nullius est momenti. Nam quanquam à supra citatis DD. allegatum c. Olim caussam. De censib. de certæ pecuniæ specie, nimirum de denariis papiensib. loquitur & statuit, quod vel species hæ, vel, si declinarint seu in usu esse desierint, tot novi solutionis tempore currentes numi solvi debeant, quot eorum materiam promissarum specierum exæquant, attamen subsequens c. Cum Canonicis expressè de generica pecunia loquitur, & statuit, ut etiā illa vel in priori contractus tēpore usitata pecunia vel, si ea non amplius sit in usu, æstimatio seu (uti DD. hoc omnes explicant) intrinseca bonitas antiquæ pecuniæ præstari debeat.

Neque verum est, quod supra allegatus Franciscus de Crucifissi in d. allegat. pag. mihi 30 ait, quod d. c. Cum canonicis loquatur etiam de certa pecuniæ specie, id enim ne ex minima quidē littera ibi: sed hoc potiꝰ ex disertis eiꝰ verbis apparet, quod loquatur de casu quopiam quo aliquis quandā pecuniæ summā pro pensione aliquot annis solverit: quæ verba, quādā pecuniæ summa, magis genericā pecuniā quā certa, numorū species designant. Sed & sanè nulla omnino est ratio, qui in generica pecunia, ejusq; unde hæc componitur, monetarum speciebus non idem quod in speciali locum habere neque dici debeat, quod æquè in hoc ac in priori illo casu tempus contractus

æqualis tunc, unde generica illa pecunia constitui illa tẽpestate solita fuerit, in usu fuit pecuniam inspici & dici debeat, quod vel talis materiæ & valoris pecunia, vel, si ea nõ amplius exstet, seu, uti dictũ c. olim caussam loquitur, declinarit, aliæque deterioris materiæ successerunt monetæ novæ, tot ex his novis solvi debeant, quot materiam earum monetarum exæquet, ex quibus debita pecunia generica contractus tempore colligi solebat. Nulla inquam casus hos distinguendi est ratio. quo enim argumento probabis, quod genericæ pecuniæ debitor habeat pro bona deteriorem pecuniam solvendi privilegium? quasi verò juris sit, quod tunc tantum in pecunia electæ ad eam bonitatis intrinsecæ ratio haberi debeat, si certæ eius species in obligatione exprimantur & promittantur; ubi verò generica pecunia debetur, ibi nullas omnino debeat esse respectus intrinsecæ bonitatis? Ex qua vero lege seu canone hoc probabis? Quid respondebis Imparatoribus, qui jubent, quòd omnis, quæ vel datur vel accipitur, pecunia debeat esse probę speciei seu materiæ? Sed hac de re amplius ut disputem necesse non est, cum etiam in supra memoratarum obligationum instrumentis ipsæ, quibus pecunia generica contractus tempore constabant, species, nimirum pro singulo floreno quindecim batzii & pro singulis batziis quatuordecim pfenningi, exprimuntur. Quid prohibet itaque, quin tales bazii vel pfẽningi æq;, ac illa, cuius supra allegata capitula

tula mentionem faciunt, pecunia secundum contractus & non solutionis tempus consideretur & dicatur, quod tales bacii seu pfenningi reddi debeant, quales supra memoratorum contractum tempore in usu fuere.

Manifestum itaque ex his est, quod supra allegata iura & DD. velint, quod in utroque casu, sive scilicet certa pecuniæ species sive pecunia generica debeatur, integer nummus, hoc est, non solùm eius valor, sed & materia eius & pondus secundum tempus contractus inspici & debitor compelli debeat, ut talis materiæ & valoris nummos reddat, quales contractus tempore fuere in usu. Unde sequitur, falsum esse, quod Doctores, quando in puncto mutatæ pecuniæ tempus contractus inspici debere respondent, hoc dicant, quod debitor incrementum monetæ sibi retinere decrementum vero creditori supplere, teneatur. Neque obstat, si quis fortè dicat, si debitori non liceret decurtare incrementum, neque cogeretur supplere decrementum (exempli caussa, ante decem annos, ubi talerus 23. bacios, Sexbetznerus verò 24. crucigeros valebat, creditus mihi est thalerus imperialis, & unus sexbetznerus. Interea accidit, ut talerus valeret 120. bacios, sexbetzner⁹ vero unus 96. crucigeros, atque ita talerus nonaginta septem baciis sexbetznerus vero 72. crucigeris excurreret valorem antiquum. Iam si mihi non licet superabundantiam illam decurtare &

 reli-

reliquum creditori in currenti moneta usuali solvere, sed simpliciter compellar, vel talerum veterémq; sexbetznerum illum, vel tot ex novissimè currentibus debilitatis monetis, quot eorum materiam & pondus taleri sexbetzneriq; veteris creditori exhibent) tunc mihi non licet inspicere valorē monetæ à tēpore contractus, sed cogor præstare tēpore solutionis usitatam æstimationem: id quod adversatur suprà à nobis allegatis iuribus & Doctoribus. Verum remotio huius obstaculi non est difficilis. Nam quando DD. in puncto mutatæ pecuniæ dicunt, quod valor à contractus tempore inspici debeat, hoc non de extrinseco solum, sed de intrinseco quoque valore dicunt. Allegant enim ipsi ad probationem assertionis suæ supra dicta c. olim causam &c. cum Canonicis. Iam verò hæc expressè dicunt, quod vel talis pecunia, qualis contractus tempore currebat, reddi, vel, si non ampliùs extat, eius æstimatio, hoc est (uti id non solùm d. c. Olim causam, sed & Doctores unanimiter omnes declarant) intrinsecus eius valor seu bonitas de solutionis tempore currente moneta usuali præstari debeat. Evidenter ergo errat dn. Francisc. Crucifissi dum in d. tract. pag. mihi 33. ait, capitula illa, & qui eadem allegant, Doctores loqui tantum de extrinseco, quem debita pecunia contractus tempore habuit, valore. Si enim Papa voluisset, quod tantum extrinsecus, quem debita pecunia contractus tempore habuit

buit, valor inspici & de nova pecunia solvi debeat, non jussisset utiq; ut antiqua plus solutionis quam contractus tempore valens pecunia iterum solveretur. Verba Pontificis sunt satis clara; ait enim, primo denarium Papiensem valuisse denarios Lucenses tres, quanquam autem valor ille in tantum deinde creverit, ut tempore solutionis non tres sed sex Lucenses valeret, tamen vel Papiensem reddendum vel tot Lucenses præstandos esse ait, quot ille solutionis & non contractus tempore valebat; quod nunquam dixisset Pontifex, si voluisset, ut tantum nudus extrinsecus, quem Papiensis denarius contractus tempore habuit, valor inspici & de nova currenti pecunia præstari sufficeret. Nam si hoc voluisset, haud dubiè dixisset, quod non denarius Papiensis, sed quem ille contractus tempore habuit, valor de nova currenti pecunia, atque ita tres tantum Lucenses denarii solvi debeant. Atque hinc & ipsum falsissimum esse apparet, quod dictus Franciscus Crucifissi in d. tr. pag. mihi 35. circa finem ait, quod textus & Doctores, qui de tempore contractus loquuntur, hoc dicant, quod debitor teneatur solvere valorem, qui erat tempore contractus, non autem quod quælibet moneta, quæ solvitur, æstimari & numerari debeat juxta valorē, quem habebat contractus tempore. Nã si hæc Pontificum in dictis capitulis mens est, quare pro debito Papiensi denario vicissim denarium reddi

reddi iubet Papiensen, non attento, quod il-
plus solutionis quam contractus tempore va-
leat? Si inquam hoc Gailii mens est, cur dicit va-
loris extrinseci incrementum ad creditorem
pertinere? & quanquam dictus dn. Francisc.
Crucifissi Gailium in illo loco, ubi ait, monetæ
extrinsecam mutationẽ nocere & prodesse cre-
ditori, ita intelligi debere ait, ut scilicet incre-
mentum monetæ extrinsecum in hoc creditori
noceat, quod debitor detrahat augmentum &
creditori tantum præstet valorem tempore con-
tractus usitatum; decrementum verò creditori
in hoc prosit, quod debitor istud creditori sup-
plere teneatur. Hoc tamen mera est evidensq;
expressis dn. Gailij verbis è diametro contra-
ria calumnia. Ait enim ille circa finem al-
legatæ observationis 73. quod illo casu, ubi ma-
nente intrinseco monetæ valore eiusdem ex-
transecus valor crescit vel decrescit, quod illud
incrementum & decrementum esse debeat cre-
ditoris & non debitoris. Nonne hoc est aper-
tissimum contrarium? Decipitur quoque, dum
sibi persuaderi sinit, quod Gailius sit intelligendus
secundum ea, quæ à Mynsingero in d. observ. 1.
n. 2. usque ad n. 5. dicuntur. Nam supra osten-
di, illa non esse genuina Mynsingeri sed alterius
verba, & quod in cæteris Mynsingerus cum
Gailio per omnia consentiat. Ille enim n. 1.
ait valorem inspici debere à tempore contra-
ctus. Idem iisdem verbis affirmat hic n. 3. Ille

quo-

quoque d. n. 5. affirmat, quod post contractum mutata debilitataque pecunia creditor eandem accipere non teneatur, sed quod debitor compelli debeat, ut solvat creditori vel antiquam adhuc integram pecuniam, vel, si ea declinarit, debilitatam pecuniam ad antiquæ valorem intrinsecum. Idem dicit hic n. 6. & seqq. Quod autem num. 9. asserit, quod omne id, quod in pecuniæ extrinseco valore post contractum vel crescit vel decrescit, semper ad creditorem pertineat, id minimè adversatur Mynsingero. Imò eo ipso (quod hic tradit, quod post contract⁹ tempus debilitata moneta vel integra tẽpore contractus usitata antiqua moneta, vel tot ex debilitatis novis solvi debeant, quot earũ intrinsecum antiquæ integræ monetæ valorem creditori exhibent,) idem dicit, quod Gailus, nimirum, quod incrementum vel decrementum nummi extrinsecum pertineat ad creditorem. Nam quia semper evenit, quod debiliori seu deteriori introducta pecunia integræ valor extrinsecus crescat, ideo is, qui tali casu creditori tot contractus tempore usitatos numos integros solvi iubet, quot ex iis secundum suum antiquum contractus tempore usitatum valorem ad constituendam debitam summam sufficiunt, ille extrinsecum istud, quod nummi illi integri ob introductam interea pecuniam debiliorem acceperunt, incrementum creditoris esse iubet. Idemque plane facit

cis qui loco integræ, antiquæ tot debiles novas monetas reddi mandat, quot earum intrinse-cum illarum valorem exæquant, uti hæc omnia supra pluribus ostendi. Dn. Franciscus Crucifissi in citatis suis allegationibus pag. mihi 29. & 30. ait, quia scilicet allegata c. olim causam. & c. cum canonicis De cens. in illo casu, ubi propter defectum in obligationem deductæ monetæ antiquæ necessitas requirit, ut solutio in currenti nova pecunia fiat, statuunt, quod debitæ antiquæ monetæ valor ita juxta tempus solutionis attendi debeat, ut scilicet ille respondeat valori isti, quem tempore solutionis haberet, si tum temporis vitali illa adhuc visceretur aura, quod propterea hinc sequatur, quod textus illi expresse statuant, quod hoc casu attendi debeat æstimatio secundum tempus solutionis. Quo autor ille imprudens in nostram labitur sententiam. Si enim verum est, uti est verissimum, quod antiquæ monetæ æstimatio ita juxta tempus solutionis attendi debeat ut illi valori respondeat, quem hodie, si adhuc extaret, secundum suum intrinsecum valorem haberet, res est in vado, & bene concedi potest, quod pecuniæ æstimatio juxta tempus solutionis debeat attendi.

Quod autem idem autor pag. 36. affirmat, quasi in pecunia contractus quidem temporis valor quo ad bonitatem intrinsecam, quo vero ad bonitatem extrinsecam valor temporis solutionis attendi debeat, hoc est, ut ipsemet autor ille pag. 37.

37. se explicat, quod solutio fieri quidem debeat de valore tempore contractus, sed moneta, quæ solvitur, æstimari debeat juxta tempus solutionis, illud commentum & juri & communiori Doctorum opinioni est contrariũ, scatetq; innumeris absurditatibus. Etenim allegata modò capitula non obscurè ostendũt, quod illius monetæ quæ solvitur, tam intrinseca quam extrinseca æstimatio seu valor debeat examinari juxta tempore contractus usitatæ monetæ tam intrinsecum quã extrinsecum valorem. Debebatur enim in c. olim caussam denarius papiensis: quanquam autẽ h. c plus solutionis, quam contractus tempore valebat, tamen pontifex minimè hunc novum sed antiquũ illũ tam intrinsecũ quam extrinsecũ valorẽ attendi, & ideò vel veterem denariũ Papiensẽ, vel tot ex novis numis reddi jubet, quot ex ijs materiã Papiensis illius referunt. Quod nũquam Papa ita statuisset, si voluisset, ut secundum dn. Francisc. de Crucifissi opinionẽ denarius Papiensis æstimari deberet iuxta tempus solutionis: Quia enim tum temporis Papiensis ille sex denarios Lucenses valebat, haud dubiè dixisset pontifex, quod non integer Papiensis, sed de eius moderno valore valor tempore contractus usitatus, atque adeo tres tantũ deberent reddi denarii Lucenses ideq; omninò est sensus d. c. Cũ canonicis, ubi Pontifex ait, quod introducta post contractũ pecunia meliori, nõ hec sed antiqua deterior, vel si ea in usu amplius

non-

plo mihi deteriorem pecuniam reddes, quam mihi promisisti. Quis enim ex rationis compotibus adhuc mortalibus salva evidentissima veritate affirmabit, quod hodierni tres & viginti bazii æque sint boni, ac fuit thalerus Imperialis contractus tempore. Sequitur ergo, quod absurdum sit, ut debitor incrementum debitæ pecuniæ detrahat, & reliquum debitori reddat.

Atque hinc de illa, quâ quidam supra citatos Gailii & Mynsingeri observationes cõcordare annisus nuper est, conciliatione judicium facere potes. Ait ille conciliator, Gailium quidem in d. obs. 73. n. 9. dicere, quod creditoris bono vel damno crescat vel decrescat extrinsecus pecuniæ valor; contra Mynsingerum d. obs. 1. n. 1. & 2. affirmare id cum debitoris vel lucro vel damno fieri debere. Sed hunc in generici illum in specialis debiti loqui casu, ita ut non de iisdem sed de diversis casibus Icti illi loquantur. Et Mynsingerum quidem velle, quod in casu generici debiti, ubi scilicet certus tantum debetur valor, valoris extrinseci incrementũ & decrementum sit debitoris; Gail. verò dicere, quod in casu, ubi certæ pecuniæ species seu corpora promissa sunt, creditoris debeat esse aucti vel imminuti extrinseci valoris incrementũ decrementumve. Verum supra iam aliquoties dixi, quod Mynsingerus nusquam in illa observatione dicat, quod debitor incrementũ valoris decurtare decrementum verò supplere debeat. Deinde ne litteram quidem habent dictæ modo duæ ob-

ſervationes, unde deprehendere poſſes, quod illa de generica hac de ſpeciali loquatur. Imo hujus potius obſervationum illarum expreſſa verba teſtantur, quod utraque de pecunia in genere loquatur. Quare ergo non utraque quoque generaliter de omni ſcilicet pecunia eſt accipienda? Tertiò ſi de Doctorum mente dubitatur, ea ex illis fundamentis, in quibus opinionem illi ſuam collocant, declaranda eſt, & deinde quem illa nobis ſuggerunt intellectum, eundem etiam Doctores tenere dicendum eſt. Jam Mynſingerus & Gail. pro fundamento aſſertionis huius ſuæ (quod ſcilicet valor à tempore contractus ſit inſpiciendus & quod deſinente pecunia antiqua illa de nova ſecundum antiquæ valorem intrinſecum ſolvi debeat, item quod aucto vel imminuto monetæ adhuc extantis valore creditoris debeat eſſe vel lucrum vel damnum) allegant ſæpe jam memorata duo capitula, & doctrinam Panormitani ad c. Quanto perſonam tuam. Ergo hinc ſequitur, quod ſecundum horum mentem ſupra citatorum ddnn. Mynſingeri & Gailii mens ſit explicanda. Porro dictorum capitulorum Panormitaniq; mens hæc eſt, quod non ſolum quæ in ſpecie debetur, ſed & generica pecunia quam debitor ſolvere cupit, tam ſecundum intrinſecum quā extrinſecum illius pecuniæ valorem examinari ſolvique debeat. In dictis enim capitulis, præcipuè in c. cum canonicis. absque ulla vel genericæ vel ſpecialis pecuniæ diſtinctione ſtatuitur, quod pecuniæ, quam debitor ſolvere conſtituit, tam

intrinsecus quam extrinsecus valor illius, quæ cõtractus tẽpore in usu fuit, pecuniæ intrinseco extrinsecoque valore trutinari & tum demum cõtractam obligationem solvendi vim habere debeat, si priorem illam pecuniam utroq; suo valore exæquat. Idemq; omnino docet is, quem dixi Abbas Panormitanus. Etenim de illo casu (ubi scilicet contingit, quod manente contractus tẽpore usitatæ pecuniæ materiâ & pondere cursus seu usus eius vel in totum vel ex parte tollatur & inhibeatur) tradit, quod talis prohibita vel imminuta pecunia solvi non possit, licet antiquam contractus tempore usitatam materiam & pondus adhuc habeat, sed q; debitor creditori de nova pecuniâ & intrinsecam & extrinsecam veteris pecuniæ præstare teneatur. Idemque plane docet de altero illo casu, ubi scilicet materia pecuniæ debilitata est. Nam disertis verbis tradit, quod etiam illa mutatio pertinere debeat ad debitorem, ita, ut hic tantundem materiæ & ponderis creditori præstari debeat, quantum habebat contractus tempore usitata pecunia. Et quanquam Bartolus hoc tantummodo restringat ad pecuniam grossiorem, tamen eo refutato etiam hoc ad minutiorẽ quoq; pertinere tradit Panormitanus. Ut enim creditor pecuniam eadem, qua dedit illam, recipiat bonitate, necessum esse ait, ut uterque ipsi valor eius reddatur pecuniæ, quæ cõtractus tempore usitata fuit. Hinc ergo sequitur, quod etiã dicti Mynsing. & Gail. mens sit, quod nõ

ſolum illa, quæ in ſpecie debetur & ſolvi debet; ſed & illa pecunia, in qua genericã, quam quis debet, pecuniam, ſolvere vult debitor, ſecundum illius pecuniæ, quæ contractus tempore in uſu fuit, tam intrinſecum quam extrinſecum valorem exami nari & ſolvi debeat. Sed ſi, inquis, exigente neceſſitate introducat fortè Princeps coriaceam vel papyraceam vel etiam ſtanneam pecuniam, poſteà verò hac iterum abrogatã alia melior & vel aurea vel argentea moneta ſuccedat, nũ pro coriacia vel ſtañea currẽte pecunia tempore contractæ obligationis meliori deinde pecunia ſolvi poſſit? Iam d. c. cum canonicis. ſtatuit, & Panormitanus docet, quod ſcilicet tunc, quando poſt contractum ſucceſſit melioris materiæ & ponderis pecunia, debitor pro antiqua illa meliorem novam ſolvere minimè teneatur, ſed quod vel antiquam, ſi adhuc in uſu eſt, pecuniam, vel, ſi ea in uſu eſſe deſiit, æſtimationẽ eius præſtari debeat de currenti pecunia meliori nova; ad intrinſecum tamen prioris pecuniæ valorẽ. Quod ſi verũ eſt, debitor tenetur coriacę vel papyraceæ ſeu ſtañeæ pecuniæ antiquę valorem ſolvere de argentea pecunia nova. Quia verò papyrum & argentum diverſæ ſunt materiæ, ideo falſum eſt ꝙ diximus, utrumq; & intrinſecũ ſcilicet & extrinſecũ, prioris pecunię valorẽ oportere adeſſe ei quæ ſolvitur pecuniæ. Verum reſpõdeo, hunc coriaciæ vel papyraceæ monetæ caſum planè eſſe extraordinarium, & diverſum.

In eo enim corium illud vel plumbum revera non habetur pro pecunia, sed tantūmodò pro tali re, q tam diu personam huius vel illius gerat nūmi, donec huius iterum populus compos fieri possit. Quare iniquum non est, quod pro signo illo signatum aliquando reddatur, præcipuè si eiusdem illud fuerit in commerciis efficaciæ & utilitatis, cuius signatum fuisset, si haberi potuisset. Non autem statim hinc argumentari vel dicere fas est, cum scilicet pro personata illa, quam necessitas introduxit, pecunia papyracea vel plumbea ille, quem hæc durante necessitate repræsentavit numus bonus argenteus vel aureus reddatur, q propterea statim necessum sit, ut semper & indifferenter nudus melioris contractus tempore usitatæ pecuniæ valor de solutionis tempore currente pecunia prava, & vice versa, ut nudus pravioris tempore contractus usitatæ pecuniæ valor de solutionis tempore currente pecunia meliori & legali solvi possit, nullo omnino habito utriusque materiæ respectu seu ratione. Id enim quàm plenum sit doli, fraudis, iniquitatis & injuriæ ex iis, quæ supra dixi, plus quam manifestum est. Quare juri & æquitati magis est consentaneum minusque habet injuriæ, ut extra modò allegatum necessitatis casum in solutione tam intrinsecus quàm extrinsecus prioris pecuniæ valor attē datur & solvatur de priori, si ea exstat & in usu adhuc est, sin minus, de nova tempore solutionis usitata pecunia, iuxta tamen antiquæ va-

 lorem

lorem intrinſecum. Dico autem extrinſecum valorem illum, non quem prava vulgi conſuetudo illi contractus tempore currenti pecuniæ tribuit, ſed quem ſecundum ſuam intrinſecam bonitatem tempore contractus jure habere debuiſſet. Si enim valor ille vulgaris eſſet reſtituendus, non poſſet ſimul intrinſeca bonitas reſtitui. Exempli gratiâ, hodiè mihi quis ex ijs, qui modo heic currunt, baciis ærofis dedit mutuo duodecim, Elapſo poſt contractum hunc anno uno nummi hi abrogantur & in eorum locum juſti & legitimi bacii argentei iterum ſurrogantur. Jam ſi tenerer tibi veteris illius ærofi reprobique jam bacij, quem à vulgo habuit valorem ſolvere, non intrinſecum crediti mihi nummi, ſed multò ampliorem cogerer reddere valorem. Etenim ex ærofis reprobisque illis baciis unus vix tantum habet argenti, ut conſtituat duos pfenningos, contra novus ſolutionis tempore uſitatus bacius continet tantũ augmenti, ut ſedecim conſtituat pfenningos, ſi itaque veteris bacii valorem vulgarem nimirum ſedecim pfenningos reddere cogerer de hodiernis baciis novis, ſanè antiquos illos bacios 12. non ſecundum eorum ſed ſecundum novorum valorem intrinſecum cogerer reddere, quod quia iniquiſſimum eſt, & contra jura omnia, ideò meritò dicitur quod valor nũmi extrinſecus hic de illo valore ſit accipiendus, quem contractus tempore currens moneta jure ha-

habebat. Ita enim rectè statui potest, quod & intrinsecus, & qui eum tanquam umbra corpus suum sequitur, extrinsecus valor restitui debeat. Et quia hic, quem secundum suam intrinseca bonitatem metimur, pecuniæ valor extrinsecus plerunque tantum potest; quantum vulgaris ille in quo currit valor, ideo hinc patet, quod ille, qui veteris pecuniæ intrinsecum valorem accipit de nova argentea, ille eundem, usum, valorem, precium ac potestatem accipit, quam pecunia antiqua habuit. Verbi caussa, licet superioris anni ærosi bacii illi secundum vulgarem usum valerent 16. pfenningos, tamen hodiè duo pfenningi legales idem in commerciis possunt, quod 16. illi contractus tempore potuere.

Ajunt vero nonnulli, intrinseci valoris tam accuratam investigationem esse impossibilem: Id verò verum non esse vel ex solis Imperii Recessibus, imò ex ipsa in toto orbe manifesta notorietate sole clarius appparet.

Neque his omnibus, quæ resolvendæ supra memoratæ nonæ dubitandi rationis gratia hactenus dixi, obstat decimum argumentum, quo scilicet obiicitur nobis, quod creditor noster duplex lucrum ex eadem caussa, nimirum præter tot annorum usuras etiam incrementum valoris acciperet, si nimirum creditori antiquam tempore contractus

 usita,

usitatam pecuniam eamque in antiquo suo tum currente valore reddere cogeretur. Etenim quid quæso lucratur ille, qui eadem bonitate nummum recipit, qua eum dedit? At (exempli inquis gratia) talis Sexbetznerus, qualis supra memoratorum contractuum tempore in usu fuit, tum temporis tantum sex bazios valebat, neque aliter creditor eum expendebat. Cum verò is hodiè multò plures, quam sex, imò absque ulla difficultate quatuordecim bazios valeat ideo, qui talem antiquum Sexbetznerum hodiè accepit, ultra sortem accipit bacios octo. ecquid vero hoc non est lucrum? Nego id. Nam illi, quos antiquus Sexbetznerus hodiè facit, bazij non sunt revera bazij sed corruptissima pecunia, qua nihil hodiè amplius, quam contractus tempore usitatis sex batziis consequi potes. Quare sic heic argumentor: illa pecunia, qua creditor hodiè nihil potest amplius quam contractus tempore efficere, lucro ipsi non est: At antiqua supra memoratorum contractuum tempore usitata pecunia licet hodie plus quã tũ temporis valebat, tamen notorium est, quod ea hodiè non plus, quàm contractus tempore efficere creditor potest. Sequitur ergo quod pecunia hæc creditori non sit lucro.

Atque eadem hæc ratio solvit quoq; reliquas dubitãdi rationes. Nam quod decimo tertio dicitur, quasi creditor, si, qui debentur ipsi, sexcenti & sexa-


ſexaginta floreni illi in pecuniæ ei antiquæ antiquo tam intrinſeco quam extrinſeco valore, & fortè in taleris imperialibus redderetur, tunc non 660. ſed 2630. florenos atque adeò nongentos & ſeptuaginta florenos ultra ſortem acciperet. Nam reſpondeo: hanc florenorum ſummam nihil minus eſſe quam veros florenos, ii enim à kipperis ſubdolè & fraudulenter ita introducuntur & falſiſſimo nomine floreni vocantur, ſicuti etiam eos, quos miſeræ parumque cautæ plebeculæ inſinuarunt adhuc nequiſſimos tres & ſexbetzneros perfidiſſimè eo nomine indigitant, cum vix unius vel ad ſummum duorum baciorum nomen mereantur. Et, uti ſupra quoque dixi, notorium præterea imò evidens eſt, quod falſorum eiuſmodi florenorum duo millia ſexcenti & triginta vix hodie conſtituant tales 660. florenos, quales ſupra memoratorum contractuum tempore in uſu fuere. Quod cum ita ſit, ſalva veritate dici nequit, quod creditor pro bonis ſuis 660. florenis accipiendo 2630. florenos Kipperitios falſos, plus quam ſibi debetur accipiat & per hoc ſe locupletiorem reddat. Idque eo minus quod (uti ſupra pluribus demonſtratum eſt) duo millia ſexcenti & triginta ex hodiernis illis falſiſſimis florenis kipperitiis non plus in commerciis poſſint, quam ſupra dicti 660. floreni boni tempore contractus potuere. Unde etiam hoc falsò aſſeritur, quod incrementum iſtud kpperitium non ſolum ipſam credito-

rum 660. florenorum sortem sed promissum quoque interesse excurrat, & quod debitor illud creditori denegando de damno vitando, creditor vero, qui id poscit, de lucro captando certet. Quarum praetensionum futilitas quia ex iis, quae supra apud quintam & sextam decidendi rationes dixi, aliquantò evidentius apparet, ideò eò me brivitatis ergò refero. Et cum ex his supra memoratorum contrariorum argumentorum resolutionibus pateat, quod omni illa careant fundamento, contra vero rationis nostrae decidendi & inprimis primum earum argumentum apertissimo iure aequitate atque honestate nitatur, ideo hinc concludo, quod per contraria illa argumenta supra relata decisio nostra minimè sit elisa, & quod ideo caussa haec ita uti supra pag. 92 versic. Verum respondeo. & pag. seq. ostendi, decidenda & in ea sequenti modo sit pronunciandum.

SENTENTIA.

In caussa M M. & consortum, actorum, contra C. P. Reum, visis actis & actitatis decernimus, quod actores Reo prodebitis ipsi sexcentis & sexaginta florenis valoris Spirensis antiqui quadringentos viginti quatuor eius-

eiusdem valoris florenos una cum cessis cedendisque deinceps pensionibus in bona & Imperii Recessibus per omnia conformi pecunia solvere teneantur, pro ut eos ad hoc condemnamus.



4 B

ADMONITIO AD BENEVOlum Lectorem.

Observande humanissimeque, lector cum currente prælo miserâ hac, qua diu hic iactati sumus, tempestate aliis sæpe gravioribus distinerer detinererque negociis, operæ meæ in hac relatione nonnulla commisere vitia, quædam verò ad rem pentinentia omisere, quæ oro pro tua humanitate atque in rem litterariam animo sequenti modo corrigere & supplere ne dedigneris, tibique omninò persuasum habeas, quod nullum, quo tibi bonoque publico inservire possum, neque studium neque laborem intermittam.

Pag. 4. linea 24. pro *qu d.* lege, *qu d*

P. 6. linea 4. pro *ius* lege *De.*

P. 7. linea 5. pro *iust.* lege *Instit.* & linea 27. in initio pro *tiam* lege *rium*: Et si insequentis Versiculi, incipientis *Eadem ratione* &c. autoritates desideras, in venies eas in textu L. *Rutilia polla. 69. De contrab. emt.* & apud Reinerum Budelium *in tractat. De re monet. lib. 2. c. 9. n. 8. & apud Calcan. consi. 15. n. 15 &* Rubeum *cons. 17. vol. 2. versic. Verum tamen.* Iacob. Menoch. *lib. 1. consil. 48. n. 6 &* dn. D. Cothm, *tom. 1. respons. 34. n. 147. Vbi traditur, quod in dubio contrahentes potius ad monetam, quæ fuit tempore contractus, respexisse præsumantur, quam quod de exorbitante ista postea* subinsecuta mo-

nétæ mutatione cogitarint. Quæ faciunt ad declaranda ea que pag. 23. de Laurentio Calcanco & And. Alciato allegantur.

Pag. 9. linea 2. post verbum *speciebus* irreptum punctum iugula.

Pag. 11. linea 23 pro *genualiter* lege *generaliter* & linea penultima pro *quantitatium* lege *quantitativam.*

Pag. 14. linea. 19. pro *leb.* lege *lib.*

Pag. 16. linea 5. pro *caveatur* lege *cavetur* & linea 20. pro consulti lege consulentes.

Pag. 17. linea 19. pro *disceptata* lege *disceptatum*, & in linea sequente pro *enim* lege *scilicet.*



Pag. 18 linea 11. pro *debet* lege *debeat.*

Pag. 19 linea 3. pro *ipsemet* lege, *ipsa quas dixi leges monetariæ statuerunt.*

Pag 22. linea. 18. pro *Grucifissi* lege *Crucifissi*, & adde etiam, quæ Ανώνυμος nuper quidam Icts hac de re in responso de re numaria Helmopoli Anno 1619. edito monet §. *Eiusdem, impertantiæ. Et tertio, inquit, ut verbo dicatur: quid res sit, auctoritas numi dependet vel ex moribus iis utentium, etiamsi illi non rarò pravi sint, vel ex impositione eos cudentis.* Et dn. D. Awer. *in sua dissertat. Politic. c. 12. thes. 56. Quanquam, inquit, publica debet esse æstimatio, hoc est, autoritate Principis imposita, tamen hodiè cum maximo publicæ privatæq; rei detrimento libido & avaritia privatorum monetam valdè variat, & (ut idem c. eod. thes. 68. ait) eo res iam rediit*

rediit, ut in æstimatione numi attendatur consuetudo loci.

Pag, 24. linea 13 post verbum *Tertio* hæc inser. & modo sequenti orationem illam continua: *Atque hæc in genericis debitis (ubi scilitet nullæ certæ pecuniæ species promissæ sunt, sed tantummodò generica pecunia debetur) potissimum locum habere DD. dicunt, propterea scilicet, quod eiusmodi contrahentes propter monetarum tam intrinseci quam extrinseci valoris summam inconstantiam crebramque variationem usualem tantummodo, qualis solutionis tempore in usu forte futura sit, pecuniam respexerint; atque adeò hoc egerint, quod debita summa in qualibet solutionis tempore cursura & debitam summam valore suo exaquatura pecunia solvi iterum debeat. Quia itaque supra nominati litigatores generica pecuniâ illas, de quibus litigant, obligationes contraxerint, ideò ipsos non ad certas nummorum species, sed ad illam tantummodò, quæ & qualis hodiè heic currit, respexisse, & hoc egisse dicendum est, quod scilicet debitor, quos debet, 660. florenos in quavis iam currenti heic pecunia solvi posit. Et cum in contractibus tam tacitæ quam expressæ partium conventiones sint observandæ, & totum negocium secundum eas decidendum L. 1. De pact L. 3. C. De reb. cr. L. semper in stipulationibus. De R. Iur. Itaque hinc sequitur, quod secundum hanc tacitam contrahentium conventionem negocium hoc sit determinandum*

nandum & pronunciandum, quod creditor teneatur pecuniam vel grossiorem in eo valore, in quo iam currit, vel usualem, qualis hodie heic in usu est, pecuniam accipere. Atque id eo magis locum habere dicunt, quod Camera etiam Imperialis accuratè distinguat inter contractus, ubi certa nummorum species seu corpora promissa sunt, & ubi de generica tantum conventione inter contrahentes est conventum. Et in illo quidem casu Cameram Imperialem & universam Iurisprudentium Scholam statuere & pronunciare, quod promissorum corporum numerus refundi debeat, sive eorum valor seu precium creverit vel decreverit. In altro vero casu non idem eos sed hoc docere, statuere & pronunciare, quod tantum florenos usuales reddi sufficiat, neque attendi necesse sit, quæ & qualis pecunia contractus tempore in usu & quanam moneta contractus tum temporis celebratus fuerit, sed considerari hic simpliciter florenorum numerum, &, si fortè floreni Imperiales promissi & quidem singuli pro quindecim baciis vel 60. crucigeris fuerint æstimati, secundum eiusmodi æstimationem solutionem esse dirigendam, nec pecuniæ, qua solvitur, materiam sed solum valorem & usum esse attendendum, Eo enim casu L. De contrah. emt. potissimum locum habere, atque adeò non tam materiam quam quantitatem pecuniæ attendi debere, præcipue cum alias etiam in illo casu, ubi numus, qui promittitur, æstimatus est, eiusdem non materia sed tantum valor

in

in solutione concretur. dn. Cohm. d. cons. 34. n. 146. Atque hæc omnia quarto eò magis procedere aiunt, quod constat, genericæ seu (perge iam benevole lector d. pag. 24. linea 13. ibi, *imaginariæ*)

Pag 25. linea 11. pro *quarto* lege *quinto* & linea 22. pro *Quinto* lege *sexto*.

Pag. 26. linea 18. pro *sexto* lege *Septimo*. & linea 27. pro *& editor* lege *creditor*.

Pag. 27. linea 9. pro *septimo* lege *octavo*. & linea 17. pro *valoris* lege *valoris*

Pag. 28. linea 3. ibi, *Pecunia*, claude Parenthesin, quæ in præcedenti pag. linea 19. incipit,

Pag. 30. linea 25. pro *dedisse* lege *dedisset*. & linea ultima pro *octuaginta* lege *octoginta*.

Pag. 31. linea 6. bis ponitur verbum *amplius*, dele vero posterius.

Pag, 32. linea 4. pro *lopudletari* lege *locupletari*.

Pag. 33. linea 19. pro *contractnm* lege *contractuum*.

Pag. 35. linea 18. post verbum SPECIEI venit etiam consideranda constitutio Imperatoris Leonis 52. in qua sancit ille, ut (*verba sunt tituli illius constitutionis*) *tantum illa veterum recentiorumque Principum numismata valeant; quæ sunt iusti* ponderis & probæ materiæ, *vel* (*uti Imperator in ipso textu loquitur*) *ut omne numismatis genus*, quod quidem formam materiamque non adulteratam & plenum pondus habeat, *sive vetustioris cuiuspiam Principis sit sive recentioris, æqualiter æstimetur & in Republica tractetur*.

Pag.

Pag. 56. linea 23. verbum *Vtpote cum cæteris sequentibus usque ad verba de contrah. emt. inclusivè* circumscribe parentheſi.

Pag. 57. linea 23. pro *quæ* lege *quas* & pro *iÿs* lege *ea*

pag. 58. linea 15. dele poſt verbum *monetaria* irreptum punctum. & linea. 16. pro **hie** lege **hin.** Et linea 17. pro **verwandt** lege **verwandelt.** & linea 18. pro **nuhr** lege **nuhn.** & linea 19. pro **der** lege **den** & linea 21. pro **and** lege **vnd** & linea 22. pro **wie** lege **wir**

Pag. 44. linea 2. verſiculo, Et licet. Et pag. 47. linea 8. verſic. Et licet. (*ubi dicitur, octoginta taleros Imperiales tres florenos ſeptem bacios & octo pfenningos eundem hodie creditori repræſentare valorem, quem repræſentabant ei ante 10. vel plures annos 376. taleri Imperiales.*) *ad verte, quod proprie octoginta taleri, tres floreni ſeptem bacii & octo pfenningi non exhibeant nobis hodiè eundem valorem, quem exhibeant nobis ſupra memoratorum contractuum tempore trecenti & ſeptuaginta ſeptem taleri. Nam valor qui repræſentare debet valorem alium, eandem debet habere, quam præſentandus valor habuit, materiam. Iam vero octoginta talerorum, tuum florenorum ſeptem baciorum & octo pfeninngorum hodiernus valor debet quidem repræſentare 370. talerorum valorem antiquum verum, quia ille non habet eorundem materiam, ideò quoque non poteſt eorundem valorem repræſentare. Quod autem valor, qui alium valorem repræſentare debet, iſtius valoris materiam quoque ha-*

habere debeat, id inde manifestum est, quod cuiuslibet monetæ valor se regulare debeat ad illum, cuius valor est, monetæ materiam & pondus (*Novella Leonis 52. ibi*, omne genus numismatis, quod quidem formam materiamque non adulteratam & plenum pondus habeat, sive vetustioris cuiusdam sit principis sive recentioris, æqualiter æstimetur. Iohan. Mar. lib. 3. De Reg. Instit. c. 8. fol. 269. Ubi, Et *quidem, inter alia inquit, monetæ valor duplex est, naturalis alter, sumtus ex naturali qualitate & pondere, qui & intrinsecus dici ptoest, legalis & extrinsecus alter, quem Princeps lege definit. Stultus, qui hos valores ita seiunxerit, ut posterior, legalis scilicet, non inhæreat naturali* &c. d. l. D. Iohan. Wolffgang. Rwer in d. sua dissert. politico iuridica c. 12. thes. 57. *illam veram esse ait æstimationem & valorem, qui ex iusto materiæ & ponderis æstimo derivatur, & ideò communem esse interpretum omnium sententiam, numismata non pluris posse æstimari, quam materia ipsa rudis certo pondere absque charactere æstimetur &c.*) *Iam 80. tal. 3. fl. 7. bac. 8. pf. sunt certæ materiæ & ponderis monetæ, & debent repræsentare 376 talerorum valorem Ergo debent se ad eorundem materiam regulare & naturalem eius valorem repræsentare. Sed quis iam absque apertissimo evidentissimoque mendacio dicet, quod hodiernus 80. talerorum valor se reguler ad 376. talerorum materiam?*

Quod autē autor noster in d. verſ. Et licet. dicit, quod 80. talerorum 3. fl. 7. bac. 8. pſ. hodiernus valor repræſentet valorem, quem habuere 376. taleri tempore ſupra memoratorum contractuum, ibi vocabulo valor abutitur, & ſatis eo ipſo ſe explicat, quod dicit, qui loco 376. talerorum reddit hodie 80. multò minus reddat quàm debet.

Pag. 46. lin 4. verbo *bono* adjunge particulam conjunctivam. & Et linea 10. pro *beneficium* lege *officium. Officium vero hoc eiusque crebrum exercicium iuſtis tribuit & inter opera miſericordiæ numerat Spiritus Sanctus pſalm. 37. verſic. 31. quos verſiculos Apolin. elegantiſsimis his græcis, verſiculis expreſsit:*

Χρησάμενος κακοεργὸς ἀνὴρ οὐκ οἶδ' ἀποδοῦναι,
Οἰκτείρει δὲ δίκαιος ἀεὶ καὶ πᾶσιν ὀπάζει.

Quare Chriſtianos ad hoc officii genus diligenter adhortatur Servator noſter Lucæ c. 6. verſic. 35. Et notandum ibi eſt, quod ſicuti iuſtos vocat Spiritus S. qui hoc officio adiuvant quoties opus eſt proximum, quod ita viciſsim in iniuſtorū numero ponat illos, qui officium illud ſicuti par eſt non recompenſant. Quod probè conſiderent ii, qui hodiè creditoribus ſuis pro accepta bona argentea pecunia mutua recompenſanda offerunt ſcoriam.

Pag. 47. linea 6. pro *269.* lege *376.*

Pag 48. linea 5. verſic. *conſtat*. Repete heic, quæ ſupra ad pag. 44. ad lineam 2. annotavi.

Pag. 50. linea 7. Adde etiam, *quæ* docet idem Philoſophus 1. polit. c. 8. *ubi numum, utpote*

usitatam pecuniam eamque in antiquo suo tum currente valore reddere cogeretur. Etenim, quid quæso lucratur ille, qui eadem bonitate nummum recipit, qua eum dedit? At (exempli inquis gratia) talis Sexbetznerus, qualis supra memoratorum contractuum tempore in usu fuit, tum temporis tantum sex bazios valebat, neque aliter creditor eum expendebat. Cum verò is hodiè multò plures, quam sex, imò absque ulla difficultate quatuordecim bazios valeat ideo, qui talem antiquum Sexbetznerum hodiè accepit, ultra sortem accipit bacios octo. ecquid vero hoc non est lucrum? Nego id. Nam illi, quos antiquus Sexbetznerus hodiè facit, bazij non sunt revera bazij sed corruptissima pecunia, qua nihil hodiè amplius, quam contractus tempore usitatis sex batziis consequi potes. Quare sic heic argumentor: illa pecunia, qua creditor hodiè nihil potest amplius quam contractus tempore efficere, lucro ipsi non est: At antiqua supra memoratorum contractuum tempore usitata pecunia licet hodie plus quã tũ temporis valebat, tamen notorium est, quod ea hodiè non plus, quàm contractus tempore efficere creditor potest. Sequitur ergo quod pecunia hæc creditori non sit lucro.

Atque eadem hæc ratio solvit quoq; reliquas dubitãdi rationes. Nam quod decimo tertio dicitur, quasi creditor, si, qui debentur ipsi, sexcenti &

ſexaginta floreni illi in pecuniæ ei antiquæ antiquo tam intrinſeco quam extrinſeco valore, & fortè in taleris imperialibus redderetur, tunc non 660. ſed 2630. florenos atque adeò nongentos & ſeptuaginta florenos ultra ſortem acciperet. Nam reſpondeo: hanc florenorum ſummam nihil minus eſſe quam veros florenos, ii enim à kipperis ſubdolè & fraudulenter ita introducuntur & falſiſſimo nomine floreni vocantur, ſicuti etiam eos, quos miſeræ parumque cautæ plebeculæ inſinuarunt adhuc nequiſſimos tres & ſexbetzneros perfidiſſimè eo nomine indigitant, cum vix unius vel ad ſummum duorum baciorum nomen mereantur. Et, uti ſupra quoque dixi, notorium præterea imò evidens eſt, quod falſorum eiuſmodi florenorum duo millia ſexcenti & triginta vix hodie conſtituant tales 660. florenos, quales ſupra memoratorum contractuum tempore in uſu fuere. Quod cum ita ſit, ſalva veritate dici nequit, quod creditor pro bonis ſuis 660. florenis accipiendo 2630. florenos Kipperitios falſos, plus quam ſibi debetur accipiat & per hoc ſe locupletiorem reddat. Idque eo minus quod (uti ſupra pluribus demonſtratum eſt) duo millia ſexcenti & triginta ex hodiernis illis falſiſſimis florenis kipperitiis non plus in commerciis poſſint, quam ſupra dicti 660. floreni boni tempore contractus potuere. Unde etiam hoc falsò aſſeritur, quod incrementum iſtud kpperitium non ſolum ipſam credito-


 rum

rum 660. florenorum sortem sed promissum quoque interesse excurrat, & quod debitor illud creditori denegando de damno vitando, creditor vero, qui id poscit, de lucro captando certet. Quarum prætensionum futilitas quia ex iis, quæ supra apud quintam & sextam decidendi rationes dixi, aliquantò evidentius apparet, ideò eò me brivitatis ergò refero. Et cum ex his supra memoratorum contrariorum argumentorum resolutionibus pateat, quod omni illa careant fundamento, contra vero rationis nostræ decidendi & inprimis primum earum argumentum apertissimo iure æquitate atque honestate nitatur, ideo hinc concludo, quod per contraria illa argumenta supra relata decisio nostra minimè sit elisa, & quod ideo caussa hæc ita uti supra pag. 92 versic. Verum respondeo. & pag. seq. ostendi, decidenda & in ea sequenti modo sit pronunciandum.

SENTENTIA.

In caussa M M. & consortum, actorum, contra C. P. Reum, visis actis & actitatis decernimus, quod actores Reo prodebitis ipsi sexcentis & sexaginta florenos valoris Spirensis antiqui quadringentos viginti quatuor eius-

eiusdem valoris florenos una cum cessis cedendisque deinceps pensionibus in bona & Imperii Recessibus per omnia conformi pecunia solvere teneantur, pro ut eos ad hoc condemnamus.



ADMONITIO AD BENEVOlum Lectorem.

Obſervande humaniſſimeque, lector cum currente prælo miſerâ hac, qua diu hic iactati ſumus, tempeſtate aliis ſæpe gravioribus diſtinerer detinererque negociis, operæ meæ in hac relatione nonnulla commiſere vitia, quædam verò ad rem pentinentia omiſere, quæ oro pro tua humanitate atque in rem litterariam animo ſequenti modo corrigere & ſupplere ne dedigneris, tibique omninò perſuaſum habeas, quod nullum, quo tibi bonoque publico inſervire poſſum, neque ſtudium neque laborem intermittam.

Pag. 4. linea 24. pro *qu d.* lege, *qu d*

P. 6. linea 4. pro *ius* lege *De.*

P. 7. linea 5. pro *iuſt.* lege *Inſtit.* & linea 27. in initio pro *tiam* lege *rium*: Et ſi inſequentis Verſiculi, incipientis *Eadem ratione* &c. autotitates deſideras, in venies eas in textu L. *Rutilia polla. 69. De contrah. emt.* & apud Reinerum Budelium *in tractat. De re monet. lib. 2. c. 9. n. 8. & apud Calcan. conſ. 15. n. 15 &* Rubeum *conſ. 17. vol. 2. verſic. Verumtamen.* Iacob. Menoch. *lib. 1. conſil. 48. n. 6* & dn. D. Cothm, *tom. 1. reſponſ. 34. n. 147. Vbi traditur, quod in dubio contrahentes potius ad monetam, quæ fuit tempore contractus, reſpexiſſe præſumantur, qi a n quod de exorbitante iſta poſtea* ſubinſecutą mo-

netæ

fietæ mutatione cogitarint. Quæ faciunt ad declaranda ea que pag. 23. de Laurentio Calcaneo & And. Alciato allegantur.

Pag. 9. linea 2. post verbum *speciebus* irreptum punctum iugula.

Pag. 11. linea 23 pro *genualiter* lege *generaliter* & linea penultima pro *quantitatium* lege *quantitativam.*

Pag. 14. linea. 19. pro *leb.* lege *lib.*

Pag. 16. linea 5. pro *caveatur* lege *cavetur* & linea 20. pro consulti lege consulentes.

Pag. 17. linea 19. pro *disceptata* lege *disceptatum*, & in linea sequente pro *enim* lege *scilicet.*

Pag. 18 linea 11. pro *debet* lege *debeat.*

Pag. 19 linea 3. pro *ipsemet* lege, *ipsa quas dixi leges monetariæ statuerunt.*

Pag 22. linea. 18. pro *Grucifissi* lege *Crucifissi*, & adde etiam, quæ Ἀνώνυμος nuper quidam Icts hac de re in responso de re numaria Helmopoli Anno 1619. edito monet §. *Eiusdem, importantiæ. Et tertio, inquit, ut verbo dicatur: quid res sit, auctoritas numi dependet vel ex moribus iis utentium, etiamsi illi non rarò pravi sint, vel ex impositione eos cudentis.* Et dn. D. Awer. *in sua dissertat.* Politic. c. 12. *thes.* 56. *Quanquam, inquit, publica debet esse æstimatio, hoc est, autoritate Principis imposita, tamen hodiè cum maximo publicæ privatæq; rei detrimento libido & avaritia privatorum monetam valdè variat, & (ut idem c. eod. thes. 68. ait) eo res iam*

rediit

rediit, ut in æstimatione nummi attendatur consuetudo loci.

Pag. 24. linea 13. post verbum *Tertio* hæc insere & modo sequenti orationem illam continua: *Atque hæc in genericis debitis (ubi scilicet nullæ certæ pecuniæ species promissæ sunt, sed tantummodò generica pecunia debetur) potissimum locum habere DD. dicunt, propterea scilicet, quod eiusmodi contrahentes propter monetarum tam intrinseci quam extrinseci valoris summam inconstantiam crebramque variationem usualem tantummodo, qualis solutionis tempore in usu forte futura sit, pecuniam respexerint; atque adeò hoc egerint, quod debita summa in qualibet solutionis tempore cursura & debitam summam valore suo exæquatura pecunia solvi iterum debeat. Quia itaque supra nominati litigatores generica pecuniâ illas, de quibus litigant, obligationes contraxerint, ideò ipsos non ad certas nummorum species, sed ad illam tantummodò, quæ & qualis hodiè heic currit, respexisse, & hoc egisse dicendum est, quod scilicet debitor, quos debet, 660. florenos in quavis iam currenti heic pecunia solvi possit. Et cum in contractibus tam tacitæ quam expressæ partium conventiones sint observandæ, & totum negocium secundum eas decidendum L. 1. De pact L. 3. C. De reb. cr. L. semper in stipulationibus. De R. Iur. Itaque hinc sequitur, quod secundum hanc tacitam contrahentium conventionem negocium hoc sit determinandum*

nandum & pronunciandum, quod creditor teneatur pecuniam vel grossiorem in eo valore, in quo iam currit, vel usualem, qualis hodie heic in usu est, pecuniam accipere. Atque id eo magis locum habere dicunt, quod Camera etiam Imperialis accuratè distinguat inter contractus, ubi certa nummorum species seu corpora promissa sunt, & ubi de generica tantum conventione inter contrahentes est conventum. Et in illo quidem casu Cameram Imperialem & universam Iurisprudentium Scholam statuere & pronunciare, quod promissorum corporum numerus refundi debeat, sive eorum valor seu precium creverit vel decreverit. In altro vero casu non idem eos sed hoc docere, statuere & pronunciare, quod tantum florenos usuales reddi sufficiat, neque attendi necesse sit, quæ & qualis pecunia contractus tempore in usu & quanam moneta contractus tum temporis celebratus fuerit, sed considerari hic simpliciter florenorum numerum, &, si fortè floreni Imperiales promissi & quidem singuli pro quindecim baciis vel 60. crucigeris fuerint æstimati, secundum eiusmodi æstimationem solutionem esse dirigendam, nec pecuniæ, quæ solvitur, materiam sed solum valorem & usum esse attendendum, Eo enim casu L. De contrah. emt. potissimum locum habere, atque adeò non tam materiam quam quantitatem pecuniæ attendi debere, præcipue cum alias etiam in illo casu, ubi numus, qui promittitur, æstimatus est, eiusdem non materia sed tantum valor

in

in solutione conretur. In. Cohm. d. cons. 34. n. 146. Atque hæc omnia quarto eò magis procedere aiunt, quod constat, genericæ seu(perge iam benevole lector d. pag. 24. linea 13. ibi, *imaginariæ*)

Pag 25. linea 11. pro *quarto* lege *quinto* & linea 22. pro *Quinto* lege *sexto*.

Pag. 26. linea 18. pro *sexto* lege *Septimo.* & linea 27. pro *& editor* lege *creditor.*

Pag. 27. linea 9. pro *septimo* lege *octavo.* & linea 17. pro *valoris* lege *valoris*

Pag. 28. linea 3. ibi, *Pecunia*, claude Parenthesin, quæ in præcedenti pag. linea 19. incipit,

Pag. 30. linea 25. pro *dedisse* lege *dedisset.* & linea ultima pro *octuaginta* lege *octoginta.*

Pag. 31. linea 6. bis ponitur verbum *amplius*, dele vero posterius.

Pag, 32. linea 4. pro *lopudletari* lege *locupletari.*

Pag. 33. linea 19. pror *contractnm* lege *contractuum.*

Pag. 35. linea 18. post verbum SPECIEI venit etiam considerandа constitutio Imperatoris Leonis 52. in qua sancit ille, ut (*verba sunt tituli illius constitutionis*) *tantum illa veterum recentiorumque Principum numismata valeant, quæ sunt iusti* ponderis & probæ materiæ, *vel (uti Imperator in ipso textu loquitur) ut omne numismatis genus,* quod quidem formam materiamque non adulteratam & plenum pondus habeat, *sive vetustioris cuiuspiam Principis sit sive recentioris, æqualiter æstimetur & in Republica tractetur.*

Pag.

Pag. 36. linea 23. verbum *Vtpote cum cæteris sequentibus usque ad verba de contrah. emt. inclusivè circumscribe* parenthesi.

Pag. 37. linea 23. pro *quæ* lege *quas* & pro *ijs* lege *ea*

pag. 38. linea 15. dele post verbum *monetaria* irreptum punctum. & linea. 16. pro hie lege hin. Et linea 17. pro verwandt lege verwandelt. & linea 18. pro nuhr lege nuhn. & linea 19. pro der lege den & linea 21. pro and lege vnd & linea 22. pro wie lege wir

Pag. 44. linea 2. versiculo, Et licet. Et pag. 47. linea 8. versic. Et licet. (*ubi dicitur, octoginta taleros Imperiales tres florenos septem bacios & octo pfenningos eundem hodie creditori repræsentare valorem, quem repræsentabant ei ante 10. vel plures annos 376. taleri Imperiales.*) *ad verte, quod proprie octoginta taleri, tres floreni septem bacii & octo pfenningi non exhibeant nobis hodiè eundem valorem, quem exhibeant nobis supra memoratorum contractuum tempore trecenti & septuaginta septem taleri. Nam valor qui repræsentare debet valorem alium, eandem debet habere, quam præsentandus valor habuit, materiam. Iam vero octoginta talerorum, tuum florenorum septem baciorum & octo pfeninngorum hodiernus valor debet quidem repræsentare 370. talerorum valorem antiquum verum, quia ille non habet eorundem materiam, ideò quoque non potest eorundem valorem repræsentare. Quod autem valor, qui alium valorem repræsentare debet, istius valoris materiam quoqu*

habere debeat, id inde *manifestum est*, *quod cuiuslibet monetæ valor se regulare debeat ad illum*, *cuius valor est*, *monetæ materiam & pondus* (*Novella Leonis 52. ibi*, omne genus numismatis, quod quidem formam materiamque non adulteratam & plenum pondus habeat, sive vetustioris cuiusdam sit principis sive recentioris, æqualiter æstimetur. Iohan. Mar. lib. 3. De Reg. Instit. c. 8. fol. 269. Ubi, Et *quidem, inter alia inquit, monetæ valor duplex est, naturalis alter, sumtus ex naturali qualitate & pondere, qui & intrinsecus dici ptoest, legalis & extrinsecus alter, quem Princeps lege definit. Stultus, qui hos valores ita seiunxerit, ut posterior, legalis scilicet, non inhæreat naturali* &c. d. l. D. Iohan. Wolffgang. Ywer in d. sua dissert. politico iuridica c. 12. thes. 57. *illam veram esse ait æstimationem & valorem, qui ex iusto materiæ & ponderis æstimo derivatur, & ideò communem esse interpretum omnium sententiam, numismata non pluris posse æstimari, quam materia ipsa rudis certo pondere absque charactere æstimetur &c.*) *Iam 80. tal. 3. fl. 7. bac. 8. pf. sunt certæ materiæ & ponderis monetæ, & debent repræsentare 376 talerorum valorem. Ergo debent se ad eorundem materiam regulare & naturalem eius valorem repræsentare. Sed quis iam absque apertissimo evidentissimoque mendacio dicet, quod hodiernus 80. talerorum valor se reguler ad 376. talerorum materiam?*

Quod

Quod autē autor noster in d. verſ. Et licet. dicit, quod 80. talerorum 3. fl. 7. bac. 8. pſ. hodiernus valor repræſentet valorem, quem habuere 376. taleri tempore ſupra memoratorum contractuum, ibi vocabulo valor abutitur, & ſatis eo ipſo ſe explicat, quod dicit, qui loco 376. talerorum reddit hodie 80. multò minus reddat quam debet.

Pag. 46. lin 4. verbo *bono* adjunge particulam conjunctivam. & Et linea 10. pro *beneficium* lege *officium. Officium vero hoc eiuſque crebrum exercicium iuſtis tribuit & inter opera miſericordiæ numerat Spiritus Sanctus pſalm. 37. verſic. 31. quos verſiculos Apolin. elegantiſſimis his græcis, verſiculis expreſſit:*

Χρησάμενος κακοεργὸς ἀνὴρ οὐκ οἶδ' ἀποδοῦναι,
Οἰκτείρει δὲ δίκαιος ἀεὶ καὶ πᾶσιν ὀπάζει.

Quare Chriſtianos ad hoc officii genus diligenter adhortatur Servator noſter Lucæ c. 6. verſic. 35. Et notandum ibi eſt, quod ſi cuti iuſtos vocat Spiritus S. qui hoc officio adiuvant quoties opus eſt proximum, quod ita viciſſim in iniuſtorū numero ponat illos, qui officium illud ſicuti par eſt non recompenſant. Quod probè conſiderent ii, qui hodiè creditoribus ſuis pro accepta bona argentea pecunia mutua recompenſanda offerunt ſcoriam.

Pag. 47. linea 6. pro *269.* lege *376.*

Pag 48. linea 5. verſic. *conſtat.* Repete heic, quæ ſupra ad pag. 44. ad lineam 2. annotavi.

Pag. 50. linea 7. Adde etiam, *quæ* docet idem Philoſophus 1. polit. c. 8. *ubi numum, utpote*

medium, commensurabiles inter se efficere res easque adæquare ait.

Pag. 51. linea 14. pro *ærumnossos* lege *ærumnosos*, & considera simul hoc quoque loco, quæ Ecclesiastes c. 34. & Iacob. c. 5 de ijs, qui operariis seu ministris suis mercedem suam subtrahunt eaque ipsos defraudant scripta reliquerunt. *Ille qui, inquit, mercedem detrahit operario, effundit sanguinem. Hic, merces, inquit, operariorum, qui messuerunt regionem vestram, quæ fraudata est, à vobis clamat, & clamor eorum introivit in aures Domini zebaoth. Quin autem ille, qui ante decem annos, ubi ad huc bona pecunia in usu erat, loco annui solarii promisit alicui florenos centum, & eosdem ipsi hodiè in illa, qualis hodiè currit, deterrima pecunia illa solvit, detrahat mercenario mercedem suam, nullum est dubium Quis enim negabit, quod is, qui promissa & debita bonæ pecuniæ loco solvit malam & quidem talem pecuniam, quæ ne tertiam quidem partem eius consequi minister potest, quæ ad debitam laborum suorum recompensitionem summa requirit æquitas, ministro suo subducat suam mercedam.*

Ead. Pag. lin. 17. dele ultimum *non*.

Ibid. linea penult. *Iuvat hic classes eorum enumerare qui falsæ mensuræ seu pecuniæ rei sunt & à nonnullis* Paracharactæ seu monetæ adulteri(*Gothofr. ad L. 8. lit. 6. Ad L. Corn. De fal.*)in Recessibus Imperii vero Ringerer/ Beschneider/ Schwächer/ Wescher/ Steigerer Schmeltzer/ Außführer

führer / Abgiessern / Außwieger / Auffziher / Auffwechsler / Felscher / (Münz edict de an. 1559. §. hierauff setzen) voglo vero Kipper vnd Wipper vocantur.

Et ex his primo loco sunt ii, qui in auram argentumve aliqud vitij (puta as, stannum vel cuprum addunt) indeque nummos flant adulterinos, hoc est, qui iusti quidem ponderis cudunt monetas sed electam adeam materiam alio admisto ære corrumpunt, & pro bonâ eam nihilominus & iustâ pecunia divulgant L. lege 9. Ad L. Corn. De fals. Ad quam classem pertinent etiam ij, de quibus monetarium Anno 1559. publicatum edictum (§. vnd nach dem die frembde & §. wiewol nuhn solche / & §. Nach dem auch & §. wir setzen / ordnen vnd wollen auch ferner) & Reichs abschidt de An. 1566. (§. zu weiter Berahtschlagung. ibi, auch frembde außlendische geschwechte Müntzen eingeführt. & §. Dieweil aber nicht allein.) & Reichs abschidt de An. 1570. (§. So ist doch am Tag ꝛc. ibi, Darumb sie alle gute Reichsmünz Heuffig auffwechslen / in den Tigel werffen zu bössen Pfenningen Creutzern halben Batzen oder / uti haber eiusdem Recessus §. vnnd was jetzo / andern im edict zugelassene Landtmüntzen wieder maß vnnd Ordnung vnsers edicts Vermüntzen vnnd damit alle Landt außfüllen) & Recessus de Anno 1570. (§. vnd zu ferneren. ibi, damit keine Reichs güldene oder Silberne Münz noch auch roh

Silber auß dem Reich verführt noch verbottene Güldene oder Silberne Müntzsorten eingeführt werden & Recessus de Anno 1576. (§. demnach setzen ordnen vnnd wollen wir hiemit ernstlich. ibi, darumb soll auch eine jede Obrigkeit in jhrem gebiet auff solche Außführer vnd Einschleiffer/ dann auch sonderlich auff die gefährliche auffwechsler/ Granulirer/ verbrecher vnd vermüntzer der guten Groben Silbernen vnnd Güldenen Reichs Sorten/ gleichsfals so die Penninge/ halbe Batzen oder andere kleine Sorten heufig zu jhrem gesuch schlagen lassen/ oder in den Müntzen mit hauffen an sich wechselen/ vnd darnach hin vnd wieder mit jhrem eigennützigen gesuch oder Wechsel Vnter schleiffen) *loquuntur, nimirum, qui bonam monetam vel etiam aurum aut argentum quod vis aliud sive factum sive infectum undique colligunt, coëmunt & extra Imperij terminos in alias regiones transferunt, ibique ex ijs turpißimi lucri sui gratia peregrinos multò debiliores numos cudendos curant & in Imperio deinde eos loco legitimæ monetæ divulgant:* Item die das gelde Granuliren Kornen vnnd Steigern.

Secundum locum tenent illi, qui vel levioris, quam convenit, ponderis monetas cudunt, vel cujas iam iusti ponderis & probæ materiæ monetas radunt vel circumcidunt & pondus eius debilitant, easq́ nihilominus pro iusti ponderis monetis plebi insinuant d. L.

d. L. Quicunque nummos. 8. d. t. Müntz *edict Anno 1559* (§. Wiewol nuhn solche. *ibi*, als daß etliche die güldene vnd Silberne Müntzen ringern/ beschneiden/ schwechen)& Recess. de Anno 1566. (§. In weiter Berathschlagung *ibi*, das etzliche geringschätzige Thaler auch andere Güldene vnd Silberne Müntzen eins geringen Gehalts geschlagen vnd im hohen Werth außgehen lassen.

Tertio ordine sedent illi, qui tingunt numos, hoc est, qui æs ita fucant, ut aurum vel argentum videatur. Vti sunt hodiè extra taleros imperiales monetæ minutiores Kipperitij omnes. Sunt enim hæ maxima ex parte colore argenteo fucatum cuprum vel ferrum. d. L. 8. ibidemque Gotofred.

Quartæ classis sunt illi, qui fingunt nummos, hoc est qui falsa fusione imitantur proborum nummorum imagines d. L. 8. Et dictum edictum monetarium d. §. wiewol nuhn solche. *ibi*, Abatessen außwiegen / der anderer schlege Abcontrafeyuriren. *Et* Reichs abschiedt *de Anno 1566* §. In weiterer Berathschlagung. *ibi*, deßgleichen des H. Reichs Müntzen betrüglich Abcontrafetet vnd gefährlich nachgeschlagen

Quinto loco sunt, qui suam monetas cudendi ius lucri sui causa vel locant vel vendunt vel id alio modo indulgent aliis d. Edictū monetar de An. 1559 (§. Ferner alß sich auch erfinden thuet) *& edictum de Anno 1570.* (§. Alß dann auch die Müntz Gerechtigkeit. *& edictum de An. 1597* (§. wir Orde-

